¶ Item aliquid erit. ⁊ tñ nunq̃ȝ erit. ita ꝙ illud eſt. pʒ de vocibus ⁊ ſonis q erũt qualitates ſucceſſiue generabiles ⁊ corruptibiles. ſicut poſito etiam ꝙ in iſta hora futura generabit̃ aliqua albedo ſic ꝙ generatis aliquibus ꝑtibus corrũpantur alique dum alie generantur ⁊ ſequitur ꝙ tota illa albedo que generabitur ꝓ nullo inſtanti erit. ⁊ tñ erit qualitas ⁊ aliqd. Ideo aliquid erit ⁊ tñ nunq̃ȝ erit ita ꝙ ipſum eſt. q: in nullo inſtanti erit ita ꝙ ipʒ eſt. ¶ Item aliqua ꝓpoſitio erit vera. ⁊ tam̃ nunq̃ȝ erit ita ꝙ ipſa eſt vera. vt poſito ꝙ ꝓferatur aliqua ꝓpoſitio. ita ꝙ qñ erit ſubiectũ nõ erit predicatũ ⁊ econuerſo. ⁊ tunc pʒ ꝙ illa erit vera. ⁊ tamẽ nunq̃ȝ erit ita ꝙ ipſa eſt vera. ¶ Et ita ſequitur etiam ꝙ tu ſcies aliquam ꝓpoſitionem ⁊ tamẽ nũq̃ȝ erit. ita ꝙ tu ſcis illam. q: illa homo eſt animal. que ꝓferatur erit vera. ⁊ ꝓ tꝑe pro quo erit vera illaʒ ſciri nõ repugnabit. Et ſic illa ꝓpõ erit q̃ neqʒ ꝑ tp̃s neqʒ ꝑ inſtãs erit v̾a ⁊ ipſa nõ eſt v̾a. ⁊ erit v̾a. ⁊ tñ neqʒ incipit neqʒ icipiet eſſe v̾a. ¶ Itẽ deus vel aliud a deo ſcit aliquã ꝓpoſitionem quã neqʒ ꝑ tp̃s neqʒ ꝑ inſtãs ſciet ⁊ quã nõ ſcit ⁊ nec incipit. neqʒ incipiet ſcire. Ex quibus ſatis patet iſtas regulas non fore veras. Sed forte dicitur ꝙ in aliquibus ꝓpoſitionibus de futuro eſt appellatio forme in aliquibus aũt nõ. q: forte dr̃ ꝙ in illis que ſunt vere de futuro quarum cuilibet põt correſpondere vna vera de p̄nti ẽ appellatio forme in illis aũt veris quarum cuilibet nõ põt corrñdere aliqua de p̄nti vera nõ eſt appellatio forme. ¶ Sed iſta rñſio principium petit nõ enim plus dicit niſi ꝙ predicatum appellat formam in ꝓpoſitione in qua appellat ⁊ nõ appellat in ꝓpoſitione in qua nõ appellat ⁊ nõ aſſignat rõem diuerſitatis. ¶ Ideo cõcluditur ꝙ nõ omni ꝓpoſitioni de preterito vere correſpondet aut correſpondere poteſt vna. aut plures de p̄nti vera vel vere. neqʒ oĩs v̾a de p̄nti requirit vnã verã de p̄terito. ¶ Sed vbi ꝓpoſitiones de p̄nti fuerint vere ⁊ de terminis ſimplicibus ꝓ vna ⁊ ſimpliciter ſupponentibus que pro aliquo inſtãti erit aut fuerit ibi ꝓpoſitio de p̄ſenti vera requirit vnam de preterito verã. ¶ Etiam propoſitioni de preterito cõſimili modo vere correſpondere poterit vna de p̄nti vera. ¶ Et ita dicitur etiam de illis de futuro ſuo modo. ¶ Sed adhuc dato ꝙ cuilibet ꝓpoſitioni de futuro poſſit correſpõdere propoſitio de p̄nti

⁊ datis illis regulis generalibus illi quesitam materiam nõ determinant. neqȝ sic dicentes tractant de appellatione termini. ¶ Iteȝ datis suis regulis sic opinãtes nõ cõsequenter respondent negantes tales ꝓpositiones. deus erit cras. aliqd fuit heri. q2 datis regulis illis isti de futuro deus erit cras nõ oportet correspondere illam hoc est cras demonstrando deum. q2 nõ oportet ꝙ seruetur nisi ꝑdicatũ in propria forma vt ipsimet cõcedunt. sed ly cras nõ est ꝑdicatũ neqȝ pars predicati. ideo nõ oportet qȝ seruetur ly cras in ꝓpria forma in correspondente de presenti. sed sicut mutatur copula. ita debet mutari sua determinatio. ⁊ tunc correspondebit. ista illi de futuro hoc est nũc demonstrãdo deum. ¶ Item arguitur ꝙ si hec est negãda deus erit cras. etiã ista ẽ neganda. cras erit deus. q2 si ista esset cõcedẽda maxime cõcederetur ꝓpter tale argumẽtuȝ tunc deus erit. ⁊ tunc est vel erit cras. igitur cras deus erit. ¶ Sed patet ꝙ minor est falsa apud sic opinantes siue sit de disiunctiua copula. siue capiatur simpliciter de futuro. Et iõ dicitur concedendo tales. cras deus erit ⁊ deus erit cras. q2 vbicunqȝ ponatur ly cras ante. in medio aut post. tenet se cũ verbo vel participio. q2 aduerbium est verbi. aut participii adiectiuum. ideo sic oppinãtes sicut vnam cõcedunt habent vtrãqȝ cõcedere. Et si forte arguitur ꝙ iste sunt false. q2 seqtur tu eris cras igitur tu eris crastina die. tu cras eris. igitur tu crastina die eris. heri fuisti igitur hesterna die fuisti. negatur quelibet istarum consequẽtiarũ. q2 nec crastina dies erit. neqȝ crastina dies potest esse.

Ideo de appellatõe aliter dicimus sentiẽtes ꝙ terminum aliquem appellare formaȝ est ipsuȝ significare suum formale significatum respectu alicuius verbi ꝑcedentis vel participii quod denotat illum terminum verificari ꝓ materiali significato formali coniuncto ꝓ tẽpore ipsiusmet verbi. vnde in ista ꝓpositione. tu vidisti album. ly albũ appellat suam formam. ⁊ hoc non hȝ a se vt appellet. sed verbũ facit illũ terminũ suaȝ formã appellare denotando ꝙ tu vidisti rem q̃ erat alba ꝓ tempore pro quo tu vidisti. vnde iste terminus album significat suum formale significatum extra ꝓpositioneȝ nõ tamen appellat formam extra ꝓpositioneȝ. quia appellatio nõ est simpliciter termini significatio formalis. sed est significatio respectu verbi vel participii denotantis istum terminum verificari pro tempore ipsiusmet vel participii non solum pro significato materiali. simpliciter sed pro materiali coniuncto formali. Ex quibus sequitur ꝙ ista propositio tu vidisti album non significat solum quod tu vidisti aliquid quod fuit album. sed significat ꝙ tu vidisti aliquod quod fuit album pro tempore ꝓ quo tu vidisti ipsum.

Sed dubium incidit vtruȝ subiectum ꝓpositionis aliquando appellet formam. ⁊ arguitur ꝙ sic. q2 in ꝓpositione videbatur album. ly albuȝ appellat formam. ⁊ est subm. igitur ⁊c. Secundo sic in ista ꝓpositione ꝓmittitur denarius ab aliquo ly denarius appellat formam ⁊ non solum formam. sed rõne. igitur ⁊c. ¶ Tertio sic subm aliquãdo appellat rõneȝ igitur ⁊ formam pȝ ꝯsequentia. q2 nõ est appellatio rõnis nisi sit appellatio forme ⁊ añs patet de talibus cognoscitur for. intelligitur rosa.

Ideo dicitur ꝙ subm aliqñ appellat formaȝ. ⁊ hoc est qñ postponitur verbo vel ꝑticipio. ⁊ ita ẽt aliqñ predicatum non appellat formam qñ anteponitur verbo aut participio saltim respectu istius verbi. aut ꝑticipii. q2 nullus terminus appellat formam respectu verbi. aut participii sequentis. vnde in illa. album videbit nigrum. ly nigrum appellat formam respectu illius verbi videbit. q2 ista propositio album videbit nigrum. denotat ꝙ album videbit rem cui erit iniuncta nigredo reddens istam rem nigraȝ pro tempore pro quo album videbit istam rem subiectum. aut nõ apppellat formaȝ respectu istius verbi videbit sed respectu verbi substantiui istius temporis cuius est verbum a quo accipit suppositionem. vnde illa. album videbit nigrum significat ꝙ illud quod erit albuȝ videbit nigrum pro tempore ꝓ quo erit nigrum ⁊ ideo illa propositio. album videbit nigrum ꝓ pluribus verificari potest ex parte illius termini album q̃ȝ ex parte illius termini nigruȝ ⁊ causa est quia terminus precedens hoc verbum videbit supponit virtuali

ter respectu verbi substantiui de futuro qđ patet resoluendo. album erit videns nigrum eandem enim vim habent alia verba adiectiua a parte ante sicut verba substantiua eiusdē temporis cuius sunt illa q̃uis non liceat resoluere omnia i sua participia propter penuriā vocabulorum non conuertibiliter significantiū. ly nigrū āt supponit respectu verbi adiectiui vel participii adiectiui. ideo illa propositio significat ꝙ illud quod erit albu videbit nigrum. non simpliciter quod erit nigrum. sed quod erit nigrum pro tempore pro quo videbitur. ¶ Aliud dubium vtrum sit illa vera in. a. instanti sor. erit aliquod album posito ꝙ in. a. instanti sor. erit niger. sed post. a. erit albus. ⁊ arguitur ꝙ sic. quia in. a. instanti sortes. erit aliquid ꝙ erit album. igitur sor. in. a instanti erit aliquod album. ¶ Item in. a. instanti sor. erit hoc demonstrato sor. ⁊ hoc erit aliquod album. igitur in. a. instanti sor. erit aliquod album. patet consequētia. qꝛ ly album solum supponit pro eo quod erit album.

Oppositum tamē arguitur qꝛ in. a. instanti sor. erit aliquod nigrum. igitur pro tunc non erit aliquod album. patet consequentia. quia aliter sequeretur ꝙ pro eadē mensura temporis adequate ⁊ pro eodem instanti. erit sor. aliquod album ⁊ aliquod nigrum.

Ideo dicitur ad dubium ipsum negando posito illo casu. ⁊ causa est qꝛ illud verbum erit est determinatū per ly. a. instanti. ⁊ ideo non trāsit cum sua determinatione nisi in alba que erunt in. a. instanti. ⁊ est sensus ꝙ in. a. instanti sor. erit aliquid quod erit album in. a. instanti. Et si forte contra illud arguitur qꝛ per idem illa in. a. instanti tu eris homo significaret ꝙ in. a. instāti eris homo qui erit homo in. a. instanti. ⁊ per idem illa in. a. instanti tu eris omnis homo. significaret ꝙ in. a. instanti tu eris omnis homo q erit in. a. instanti. ⁊ etiam sequitur posito ꝙ solus eris homo per istam horam ꝙ illa erit vera. per istam horam tu eris omnis homo et tunc sequitur ꝙ eris omnis homo. sequitur enim aliquando tu eris omnis homo. igitur tu eris omnis homo. consequens falsum est quia sequitur tu eris omnis homo. antichristus erit homo. igitur tu eris antichristus cōsequentia patet quia ex opposito sequitur oppositum quia si non eris omnis homo. neq̄ per tempus. neq̄ per instans eris omnis homo ⁊ per consequens nunq̄ erit omnis homo. ¶ Et sequitur tunc ꝙ per totam istam horam erit ita ꝙ tu incipis esse omnis homo ⁊ erit ita ꝙ tu desinis eē omnis homo. quia continue erit ita ꝙ in dato instanti tu es omnis homo ⁊ non immediate ante datum instans tu fuisti omnis homo ⁊ non immediate post datum instans tu eris omnis homo quia non immediate post illud instans eris omnis homo qui erit neq̄ immediate ante instans illud fuisti omnis homo qui fuit.

¶ Item dato isto sequitur ꝙ tu differs ab asino quia in. a. hora differs ab asino. igitur differs ab asino consequentia patet vt prius ⁊ consequens falsū. quia sequitur tu differs ab asino. sed brunellus erit asinus. igitur tu differs a brunello. consequens falsum qꝛ iste nunq̄ erit simul tecum vt ponitur. ¶ Sed ad illa dicitur negato dubio concedendo ꝙ illa in. a. instanti tu eris homo significat ꝙ in a. instanti tu eris homo qui erit in. a. instanti ⁊ consequenter conceditur alia ibidem adducta. scilicet ꝙ tu eris oīs homo per totam istā horam ⁊ etiam ꝙ tu per totam istam horā eris omnis homo. ⁊ hoc supposito casu ibidem posito. ⁊ vlterius etiam conceditur per idem ꝙ tu eris omnis homo qui erit vnq̄ quia in. a. instāti tu eris omnis homo qui erit vnq̄. quoniam illud relatiuum capit suppositionem a suo antecedente limitato vel verificato pro certa differentia temporis. hoc tamen conceditur posito ꝙ. a. sit instans illius hore per quam tu solus eris homo sicut ibidem in casu quodam positum est. Et cum arguitur tu eris omnis homo. antichristus erit homo. igit̃ tu eris antichristus. negatur consequentia. ibi enim non arguitur a superiori distributo cum debita constantia vnde antecedens habet multas causas veritatis disiunctiue. puta tales. tunc tu eris omnis homo. vel tunc tu eris omnis homo ⁊c. demōstrando tempus vel instans. ⁊ ideo si debeat argui a superiori ad suum inferius oportet capere constantiam ill⁹ tpis ꝓ quo tu eris oīs homo sic arguēdo. tu eris oīs homo ⁊ ꝓ eadem mēsura adequate ꝓ qua tu eris oīs hō

antichristus erit homo. igitur tu eris antixp̄s. ¶ Et quando vlterius infertur ꝙ per totã istam horam erit ita ꝙ tu incipis esse omnis homo. ⁊ erit ita ꝙ desinis esse omnis homo negatur consequentia. ⁊ ad probationez cuz arguitur ꝙ quocunqz instanti dato istius hore erit ita ꝙ pro tunc tu eris omnis homo. ⁊ non immediate ante illud instans fuisti omnis homo. Dicitur negando minorem. quia immediate ante illud instans fuisti omnis homo. posito ꝙ simus in medio instanti hore ꝑ quam tu solus eris homo. ⁊ etiam immediate post hoc tu eris oīs homo demonstrato eodem instanti quia iste nō plus significant nisi ꝙ immediate post hoc tu eris oīs homo qui immediate post hoc erit ⁊ imediate ante hoc fuisti omnis homo qui immediate ante hoc fuit. Similiter hec. immediate post hoc aliquod album erit sor. significat ꝙ immediate post hoc aliquod album erit sor. qd̄ imediate post hoc erit. Ista etiam. cras albū erit nigrum. significat ꝙ album qd̄ erit cras erit nigrum cras. ¶ Semper enim aduerbium refertur ad verbum vel participiū vbicūqz in propositione situetur. ⁊ cum vlterius infertur ꝙ tu differs ab asino. dicitur concedendo ⁊ respondendo vt prius ⁊c̄. Ex quibus patet non esse differentiam quo ad veritatez aut falsitatem inter illas propositiones. nunc necessario deus ē ⁊ deus necessario est nunc tunc anima antixp̄i necessario erit. ⁊ anima antichristi necessario erit. tunc in. a. instanti necessario ista anima fuit ⁊ ista anima necessario fuit in. a. instanti. ⁊ causa ē. qꝛ aduerbiū vbicunqz in propositione situetur semꝑ idez determinat ⁊ eandem vim habet. Et si arguitur forte ꝙ ista sit vera. nunc necessario deus ē. quia nunc deus ē. ⁊ nunc non potest non esse igitur ⁊c̄. negatur consequētia. neqz ista sic exponitur. qꝛ ly nunc debet determinare ly esse in secunda exponente sicut determinat ly ē in antecedente non ly necessario.

¶ Regula

Verba significantia actum mentis vt scio cognosco intelligo ⁊c̄. denotant cognitionem reruz significatarum a terminis sequentibus ipsa verba per conceptum vel conceptus sinonimos cum illis terminis sequentibus ista verba. ⁊ hoc in recto vel in obliquo. vñ ista ꝓpositio. tu cognoscis sor. significat ꝙ tu cognoscis sor. ꝑ hunc ꝯceptū sor. i recto vel in obliquo. silr̄ tu scis sor. currere. significat ꝙ tu scis sor. currere ꝑ cōceptus qbus subordinatᷣ ista ꝓpositio vocalis sor. currit. Ex qbus pz tales ꝯñtias nō valere. tu scis te esse hoiez igitur tu scis te eē animal. consequens enim significat ꝙ tu scis te esse aīal ea rōe qua aīal. i. cōceptu proprio quo intelligitᷣ vel significatᷣ aīal. mō stat ꝙ nō habeas istū conceptuz aīal. iō nō seqtᷣ tu scis te eē hoiez igitᷣ tu scis te eē aīal. Ex qb⁹ etiā scd̄o pz tales ꝯñas nō valere. iste terminus homo significat hoiez. igitᷣ significat animal. imo ille terminus hō nō significat aliquid lz infinitos hoies significet. Silr̄ nō sequitᷣ. hec propositio sor. currit significat sor. currere. ⁊ sor. currere ē aliqd. igitᷣ hec ꝓpositio significat aliquid. nihil. n. significat aliqd nisi iste terminus aliqd. ⁊ nulla propositio significat aliqualiter esse nisi illa aliqualiter est neqz aliqd significat aliqd eē nisi ista aliqd ē.

Sed forte contra dicta arguitur. ⁊ primo probãdo ꝙ iste terminus homo significat animal. qꝛ iste terminus hō significat hominem. ⁊ omnis homo intelligitᷣ esse aīal vt pono. igitur significat aīal. tenet consequētia. qꝛ ly significat ad omne quod intelligitur se extēdit. Secundo sic. qꝛ sequitᷣ ꝙ deus non cognosceret hominē. qꝛ ꝑ nullum conceptum cognoscit hominē cum ipe deus ꝑ nullam intentionem ab eo separatã intelligat hominem. Tertio sequitur ꝙ tales consequentie mentales essent bone sor. cognoscis. igitur cognoscis sor. hominem cognoscis igitur cognoscis hoiem. ꝯsequēs tñ ē falsum. ⁊ ꝯñtia probatur. qꝛ si ista propositio mentalis sit vera sor. cognoscis. sequitur ꝙ sor. cognoscis per istum conceptuz sortem vel sortes. sed cum ista non plus significet. tu cognoscis sortem. nisi ꝙ tu cognoscis aliquid per conceptum talem sor. sequitur ꝙ illud consequens nunqͣ est falsum illo antecedente existente vero. ¶ Sed forte dicitur ꝙ iste consequentie mentales sunt bone. Sed contra quia tunc consequentie vocales illis subordinate forent bone. puta iste sortes. cognoscis. igitur cognoscis sortem

pꝛez tuū cognoſcis igitur cognoſcis pꝛez tu
um. que tñ nō valent. Sed a pꝛimū dr̄ nega
tio ꝯña. iſte eſt terminus hō ſignificat hoīez
⁊ oīs hō intelligitur eſſe aīal. igitur ſignificat
animal. quia licz vis iſtius termini ſignificat
vſqꝫ in rē que nō eſt. tranſeat. non tñ tranſit
niſi ex conceptu iam habito. ⁊ iſta pꝛopoſitio
iſte terminus hō ſignificat aīal. ſignificat ꝙ
iſte terminus hō rem que pōt intelligi eſſe
aīal dat cognoſcere ꝑ talē ꝯceptum aīal. qḋ
eſt falſuz. licz. n. ly. ſignificat aut ly intelligo viz
ſuā extendat quo ad eſſe rei intellecte ꝑ con-
ceptum aliquē. nō tñ extendit ſe quo ad con-
ceptus ꝑ quos denotaꝛ rez intelligi. ſed iſtos
eſſe pꝛeſupponit. ¶ Ad aliud cū infertur ꝙ
deus nō cognoſcit hoīem. negatur ꝯña. ⁊ cū
aꝛ ꝙ ſi deus cognoſcit hoīem ipē cognoſcit
hoīem ꝑ talē conceptū hō. dr̄ negando ꝯſe-
quentiā. dr̄. n. ꝙ illud dictum ſuperius itelli-
gendum eſt ſic ꝙ illa ꝓpoſitio. deus cogno-
ſcit hoīem ſignificat ꝙ deus cognoſcit hoīez
ꝑ talem conceptū hō vel ꝑ aliqḋ ſibi equiua
lens. puta ſeipm. ipē. n. eſt vlīs intentio om-
niū rerum. iō iſta ꝯña ḋ deo valet. deus ſoꝛ.
cognoſcit. igitur deus cognoſcit ſoꝛ. hoīez de
us cognoſcit. igiꝛ deus cognoſcit hominem.
¶ Ad tertiū cū inferꝛ ꝙ tales ꝯñie mentales
eſſent bone. ſoꝛ. cognoſcis. igiꝛ cognoſcis ſoꝛ.
hoīez cognoſcis igiꝛ cognoſcis hoīez. Dr̄ cō
cedendo ꝯñam ſicut pꝛobat argumentuz. ⁊
ſequiꝛ etiā ex dictis. ¶ Et cum arguiꝛ ꝙ nō
qꝛ etiā tales vocales valerent. hoīem tu co-
gnoſcis. igitur cognoſcis hoīem. albū cogno
ſcis. igiꝛ cognoſcis albū dr̄ negādo ꝯñam.

Sed dubium incidit vtrū hec fit vā tu cogno
ſcis ſoꝛ. ſic ſignificando poſito ꝙ ſoꝛ. ſit coꝛaz
te de quo ſufficienter aduertas ⁊ ſufficientez
habeas noticiā ſingularē hoc excepto ꝙ ne-
ſcias illū vocari ſoꝛ. ⁊ arguitur ꝙ ſic pꝛimo
qꝛ ſi vltra cognitionem quā habes de ſoꝛ. co
gnoſceres ꝙ vocareꝛ ſoꝛ. cū alijs ꝑtibus iſta
foꝛet vera tu cognoſcis ſoꝛ. ſed ꝑꝑ incipere te
ſcire illū vocari ſoꝛ. nō efficiꝛ vera hec. tu co
gnoſcis ſoꝛ. igiꝛ ſeqtur ꝙ illa eſt vera abſqꝫ
hoc ꝙ ſcias illū vocari ſoꝛ. pꝫ ꝯña ⁊ minoꝛ.
qꝛ ſi in dato caſu efficereꝛ vera hoc eēt. quia
iſte terminus ſoꝛ. ſignificaret tm̄ quantū vo-
catū ſoꝛ. quod eſt falſum. qꝛ tunc ſeqꝛ ꝙ iſte
hō cras nō erit ſoꝛ. demōſtrato ſoꝛ. poſito ꝙ
cras nō erit vocatus ſoꝛ. ⁊ poſſet tunc ſoꝛ. in
cipere eſſe ſoꝛ. ⁊ deſinere eſſe ſoꝛ. ipō nō deſi
nēte eſſe hoīe. ⁊ ꝑ ꝯñs tales termini hō aſi-
nus. ſignificant tm̄ quātū vocatū hō ⁊ voca
tū aſinus. ⁊ tūc ſeqtur ꝙ nullus terminꝰ fo
ret mere ſubſtantialis. q̄ oīa ſunt falſa. igitur
iſte terminus ſoꝛ. nō ſuboꝛdinaꝛ illi cōplexo
vocatū ſoꝛ. ¶ Secundo ad dubiū arguiꝛ ſic
ponaꝛ platonē ſcire ꝑ oīa de ſoꝛ. ſicut poſituz
eſt te ſcire. ⁊ vltra hoc ponaꝛ ꝙ ipē ſciat ꝙ
voceꝛ ſoꝛ. tunc plato ſcit ꝙ iſte eſt ſoꝛ. demō
ſtrando ſoꝛtē. ⁊ cognoſcit ſoꝛ. ſed oēz noticiā
quā hꝫ plato de ſoꝛ. habes tu p̄ter hoc ꝙ tu
neſcis iſtū vocari ſoꝛ. igiꝛ ſequitur ꝙ tu ſcis
iſtum eſſe ſoꝛ. ⁊ cognoſcis ipm eſſe ſoꝛ. in da-
to caſu. ſicut plato ſcit cum illa particula non
vr̄ tolleꝛ quin ſcias ſicut plato. ¶ Tertio da
to oppoſito dubij ſequitur non eſſe poſſibile
te ſcire iſtū eſſe ſoꝛ. niſi ſcires iſtū vocari ſoꝛ.

Oppoſitum tñ arguitur. qꝛ ſi tu cognoſcis ſoꝛ. i
dato caſu ſequiꝛ cū alijs poſitis ꝙ tu ſcis ꝙ
iſte eſt ſoꝛ. ſicut plato ſcit. Ad partem tñ ne-
gatiuam dubij arguiꝛ. qꝛ tu dubitas hoc eē
ſoꝛ. igiꝛ nō ſcis hoc eſſe ſoꝛ. pꝫ ꝯñtia ⁊ aña
arguiꝛ quia in dato caſu. hec eſt tibi dubia
hoc eſt ſoꝛ. quā adequate ſcis ſignificare hoc
eſſe ſoꝛ. igiꝛ tu dubitas hoc eſſe ſoꝛ. ¶ Pꝛo
huiꝰ dubij ſolutiōe ſupponunꝛ aliq̄. ¶ Pꝛi
mo ꝙ iſte terminus mentalis ſoꝛ. naturaliꝛ
ſignificat ſoꝛtē. ¶ Secundo pꝛemittiꝛ ꝙ nō
pōt eſſe ꝙ iſte terminus ſoꝛ. ſit in mēte quin
ſignificet ſoꝛ. ⁊ ꝑ conſequens quin ꝑ ipſuz ap
pꝛehendatur ſoꝛ. pꝫ pꝛima ꝑs. qꝛ iſte termi-
nus naturaliter ſignificat. ⁊ ſecunda pꝫ. qꝛ ſi-
gnificare eſt potētie cognitiue naturaliter ope
ranti aliquid vel aliqua vel aliq̄liter repꝛeſen
tare. ¶ Tertio ꝙ oīs intentio alicuius rei in
intellectu exiſtens eſt noticia incomplexa eiuſ
dez rei patet. qꝛ nulla pōt poni rationabiliter
noticia rei incōplexa niſi cōceptus. ¶ Quar
to iſtis adiungiꝛ ꝙ iſte terminus ſoꝛ. vocalis
vel ſcriptus eſt ſingularis ⁊ nō ſuboꝛdinaꝛ huic
complexo vocatum ſoꝛ. qꝛ tunc ꝑ idem ille
terminus homo ſuboꝛdinaretur huic cōple-
xo vocatum homo. patet conſequentia. ⁊ cō
ſequens eſt falſum. qꝛ tamen nullus terminꝰ
vocalis vel ſcriptus foret mere ſubſtantialis

ſequitur etiā ꝙ talis ꝓpoſitio nō foret impoſſibilis hō eſt aſinus. homo eſt albedo. qꝛ ſignificarent ꝙ homo eſt vocatus aſinus. ⁊ ꝙ homo eſt vocatus albedo. quoꝝ quodlibet eſt poſſibile. Quinto ſupponitur. ꝙ iſte terminus ſingularis ſoꝛ. vocalis vel ſcriptus non ſuboꝛdinatur huic complexo ille homo huius coloꝛis ⁊ tante quantitatis ⁊ in tali ſitu. ⁊ ſic de alijs conditionibus patet illud. qꝛ aliter ſequitur ꝙ ſoꝛte non deſinente eſſe homine ipſe deſineret eſſe ſoꝛ. ⁊ ꝙ ſoꝛ. erit homo qñ ipſe non erit ſoꝛ. conſequens falſum. ⁊ conſequentia arguitur. qꝛ ſoꝛ. erit homo qñ non erit. iſte homo huius coloꝛis in hoc ſitu. ⁊ cum tanta quantitate ⁊c̄. ideo aliquādo nō erit ſoꝛ. qñ erit homo. tenet conſequētia per reſponſionem. Et per idem etiam pꝫ. ꝙ iſte terminus homo nō ſuboꝛdinatur tali complexo tale quale eſt homo. vel huic ſimile homini. patet illud. qꝛ tunc talis ꝓpoſitio mentalis. aſinus eſt hō. aut ſtānum eſt argentuꝫ ⁊ ſimiles foꝛent poſſibiles. qꝛ iſte nō plus ſignificarent niſi ꝙ aſinus eſt talis qualis ē homo. ⁊ ſtānum eſt tale quale eſt argentum. ⁊ tunc ſeqˀtur hoc conceſſo ꝙ iſte terminus homo nō foꝛet ſpecies ſpecialiſſima. qꝛ p̄dicaret̄ vere ⁊ affirmatiue de pluribus ſpecie differentibus. ¶ Per idem etiā. iſte terminus ſoꝛ. mentalis nō foꝛet ſingulariſ. qꝛ poſſet p̄dicari de ſoꝛ. ⁊ pluribus ſibi ſimilibus. Et ſequitur vltra ꝙ nulla ꝓpoſitio mentalis poteſt eſſe ſingularis. imo etiā ſequit̄ ꝙ nulli foꝛent termini ſubſtantiales q̄ oīa incōueniētia vident̄. ¶ Jdō eſt concludendū ꝙ tales termini ſoꝛ. plato mere ſubſtantiales ſunt ⁊ ſuboꝛdinant̄ ꝯceptibus mere ſubſtantialibꝰ nullā ſimilitudinē extraneā ⁊ accidentalē cōnotantibus ſilr̄ iſte terminus hō ſuboꝛdinatur vni conceptui ſimplici ſubſtantiali qui ſignificat tantū quantū hoc cōplexū aīal rationale non tñ ſuboꝛdinatur illi cōplexo. ⁊ ſic d̄ aliis. ¶ Et ꝑ iſta d̄r ad dubium ip̄m concedēdo qꝛ cum iſte terminus ſoꝛ. nō ſuboꝛdinet̄ conceptui cōnotanti vocationem ſequitur ꝙ poſſibile eſt te cognoſcere ſoꝛ. abſqꝫ hoc ꝙ ſcias quis ſit vocatus ſo. qꝛ iſta ꝓpoſitio tu cognoſcis ſoꝛ. non plus ſignificat niſi ꝙ tu cognoſcis illum qui eſt ſoꝛ. ꝑ intentionem ſeu noticiam que eſt iſte terminus mentalis ſoꝛ. vel cui ſuboꝛdinatur talis terminus vocalis aut ſcriptꝰ ſoꝛ. ¶ Et ad argumentum in oppoſitū cū arguit̄. ꝙ illa eſt tibi dubia in illo caſu. hoc eſt ſoꝛ. quā adequate ſcis ſignificare hoc eē ſoꝛ. igit̄ ⁊c̄. d̄r negando añs nō .n. ſcis illā ſignificare hoc eſſe ſoꝛ. qꝛ nō intelligis p̄dicatū eiꝰ poſito ꝙ iſte terminus ſit ſingularis ⁊ ſubſtantialis. qꝛ nihil ſcis ip̄m ſignificare niſi foꝛte caperet̄ ly ſoꝛ. ꝓ hoīe vocato tali noīe ſicut ſepe vtimur terminis eis abutendo cū dicimus ꝙ ſcimus Adā fuiſſe ⁊ antixp̄m foꝛe. ⁊ ſicut dicimus ſcire fenicē foꝛe. ⁊ tñ foꝛte nō habemus ꝯceptum ſingularē ⁊ ſubſtantialē cui talis terminus Adā vel antixp̄s ſuboꝛdinatur dū illi termini vocales ſunt ſingulares ⁊ ſubſtantiales lꝫ poſſumus illū habere. ſed frequenter ꝑ tales terminos vocales intelligimus res ſic vocatas puta ꝑ iſtum terminū antixp̄ꝫ intelligimus hoīem vocatū illo noīe antixp̄s. ꝑ iſtū terminū fenix intelligimuſ animal vocatū tali noīe aut aliquid hmōi. ⁊ tūc ſic appꝛehendenti nō ſunt tales termini mere ſubſtātiales. neqꝫ ſingulares. Jn dicto igitur caſu iſta ꝓpoſitio hoc eſt ſoꝛ. nō eſt intellecta a te habito ꝙ iſte terminus ſit ſingul'is. qꝛ iſte terminꝰ vocalis ſoꝛ. nō tibi ſignificat ſoꝛ. neqꝫ iducit te ī noticiā ſoꝛ. Ex p̄dictis pꝫ iſtā ꝯñam valere tu ſcis ſoꝛ. eſſe ſoꝛ. igitur tu cognoſcis ſoꝛ. tu ſcis chymerā poſſe ītelligi. igitur tu cognoſcis chymerā. pꝫ ꝯña. qꝛ noticia cōplexa p̄ſupponit notitiā icōplexā. ¶ Jtē nō potes ſcire hoc eſſe ſoꝛ. niſi habeas in mēte talē ꝓpoſitionē hoc eſt ſoꝛ. ⁊ iſta nō pōt eē in mente niſi ſit eius p̄dicatū in mente. ⁊ illud p̄dicatū nō pōt eſſe in mente niſi ſignificat ſoꝛ. vt pꝫ ex p̄ma ⁊ ſcd̄a ſuppoſitione.

Ultimum dubium vtrum poſito ꝙ cognoſcas tulliuꝫ ⁊ neſcias ip̄m vocari ciceronē vel marcū cognoſcas etiā ciceronē exiſtentibus illis nominibus ſinonimis. Ad qd̄ d̄r ꝙ tu cognoſcis marcū tulliū ⁊ ciceronē. qꝛ ſinonima vocalia vel ſcripta eidē conceptui ſuboꝛdinantur. lꝫ nō ſit ita de ꝯuertibilibus diſtinctis a ſinonimis. vñ nullus terminus vocalis aut ſcriptꝰ ſignificat alicui homini niſi iſte terminus ſuboꝛdinet̄ eidē homini alicui conceptui ſecū cōuertibili ⁊ ſinonimo ⁊ hoc vt terminus eſt. ⁊ ꝑ hoc etiam pꝫ ꝙ nullus terminus vocalis

vel scriptus vt terminus intelligit̃ ab homie nisi iste subordinet̃ vni termino secū sinoni-mo. ¶ Sed forte contra id qđ superius dici tur. s. ꝙ talis terminus sor. nō subordinatur conceptui significanti tantū quantū hoc cō-plexū. simile sorti. sic arguit̃. posito ꝙ sor. sit corā te de quo habeas cōceptū cui subordi-nat̃ iste terminus vocalis sor. tunc te diuer-so ad aliquā partem ponat̃ in eodē situ pla-to remoto sor. te nō ꝑcipiente mutationē ali-quā. ⁊ sequit̃ ꝙ te conuerso ad platonē iste conceptus sor. in mente tua vtrūqꝫ istoꝝ si-gnificat. silr̃ ⁊ iste conceptus plato. q: quarū cūqꝫ intentionū oīno similiū vel oīno similes res significantiū qcquid significat vna signifi cat a'ia. sed vna earū significat sor. igit̃ ⁊ alia significat sor. ⁊ econtra. Ideo dī admisso ca-su negando maiorē. s. quarūcunqꝫ intentio-num oīno similium vel oīno similes res si-gnificantium quicquid significat vna signifi-cat alia ad bonum intellectum. sed verū est ꝙ quarūcunqꝫ duarum intentionū o[illegible]ino siliū qlcūqꝫ significat vna significat alia. Nā iste terminus sor. talē rē significat qualis est plato. non tñ illud significat qđ ē plato. quā-uis sic appareat. neqꝫ est mirum si decipi-mur in illis conceptibus putando ꝙ sint con uertibiles cum simus decepti in rebus ab il lis significatis ⁊ nobis sensatis. vnde non est imaginandum ꝙ termini mentales substan tiales sua significata significēt propter eorum similitudinem extrinsecam. vnde iste termi-nus mentalis substantia significat rem diuisi bilē ⁊ incorpoream que nullam similitudinē extrinsecam adinuicem habent ab aliquo sē su perceptibilem. ¶ Ita etiam iste terminus mentals ens oīa entia vnica intentione signifi cat ⁊ non propter omnium entiū silitudinē extrinsecā ꝑspectā aut a sensu ꝑceptam.

¶ Explicit capitulum de appellatōibus.

¶ Incipit caplm̄ de ꝓbatōe ꝓpōnis vlis.

Propositio vniuer-salis af-firmatiua non exceptiua cui⁹ pri mus termin⁹ est ly omnis aut secū conuertibilis ex compositi-one primaria suorum terminorum significāt habet exponi per copulatiuam cuius prima pars est indefinita vel particularis illius vni uersalis. ⁊ secunda ps est vniuersalis negatī ua cuius subm̄ ē sinonimū cum termino di-stributo p illud signum vniuersale. predicatū autem est oppositū contradictorie predicato eiusdem ꝓpositionis vniuersalis. Et vꝫ pñā ab ista exposita ad istā copulatiuā ⁊ ad quā-libet eius partem principalē. Et econuerso ab ista copulatiua ad illā expositam vꝫ argu mentū de forma. nō tñ vꝫ pñā a qlibet par-te istius copulatiue principali ad illā expositā Et pp hoc valet argumentum. aīal currit. ⁊ nullū est animal nō currens. igitur omne ani mal currit. Sed nō omnis vniuersalis hꝫ ꝓ bari p indefinitam vel particularē suā ⁊ vni uersalem negatiuā. vt pꝫ de istis. incipit oīs hō esse sor. in hoc instanti tm̄ oīs sol lucet. to tus sor. ē min[illegible] sor. Et sicut dī de ly oīs ita dī đ ly vterqꝫ qlibet ⁊c̄. vt alter hō currit. ⁊ nō est alter hō non currens. igitur vterqꝫ hō currit. Silr̃ de futuro aliqs hō curret. ⁊ nul lus erit hō non currens. igitur qlibet hō cur ret. Et nō dꝫ sumi illa minor sic. nullus ē vel erit homo nō currens. vt ante dictū est. Ex quibus patet istā esse falsam. vterqꝫ homo currit posito ꝙ duo hoīes currant ⁊ alij qui escant. q: eius contradictoria est vera. alter homo non currit. q: alter aliquorum homi-num non currit. ideo vna eius exponens est falsa. s. nō est alter homo non currēs. ¶ Itē sequitur vterqꝫ homo currit sed quilibet ho mo est alter homo. igitur quilibet homo cur rit. ⁊ minor ē vera. q: quilibet homo est al-ter homo aliquorum hominū. Ex quib⁹ pa tet vlterius illā pñam esse bonā. vterqꝫ ho-mo currit. igitur qlibet hō currit. sed nō ecō-tra. quia vnico homine existente antecedens est verum. ⁊ consequēs falsum. q: ex conse-quente sequitur ꝙ alter homo currit. ⁊ seq tur. alter homo currit. igitur duo homines sunt. consequentia pꝫ. ⁊ ꝯsequens est contra casum. Seqt̃ etiā istam esse ipossibilē. vtrūqꝫ oculū habendo tu potes videre. q: eius con tradictoria est vera. s. alterum oculum habē-do tu non potes videre. quia alterum ocu-lum duorum oculorum pura equi habendo tu non potes videre. ⁊ alterum duorum ocu lorum equi potest esse alter oculus. igitur al terum oculum habendo. tu non potes vide re. patet pñā. ab inferiori ad suū supius cuꝫ

debita ꝯstantia negatōe postposita. Et ideo neqꝫ vtrūqꝫ oculū habendo tu potes videre neqꝫ neutꝝ oculū habendo tu potes videre. sed alterū oculū habēdo tu nō potes videre ⁊ alteꝝ oculū habendo tu potes videre posito ꝙ habeas duos bonos oculos ex quorū quolibet sufficienter videre possis. Et ꝯñter ꝯcedendū ē ꝙ vterqꝫ illoꝝ q est sor. currit. ⁊ tñ solus sor. currit. demonstrato sor. ⁊ platonē quoꝝ solus sor. currat. q² alter illoꝝ qui est sor. currit. ⁊ non est alter illorum qui est sor. non currens. igitur ⁊c̄.

Sed forte arguit̄ contra istū modū exponendi ꝓbādo ꝙ nō valet ꝯña ab exposita ad suas exponētes ⁊ econtra. q² nō seqt̄ aliq̄ ꝓpositio est ꝓpositio vera. ⁊ nihil est ꝓpositio. nō ꝓpositio vera. igit̄ ōis ꝓpositio est ꝓpositio vera. añs enim in casu est veꝝ. ⁊ ꝯñs falsum. posito. s. ꝙ a propositio q̄ sit aliqd sit ōis ꝓpositio vera. ⁊ sit b ꝓpositio falsa q̄ nō sit aliqd. p̄ꝫt. n. eē ꝙ aliq̄ ꝓpō nō sit aliqd. puta mētalis. ⁊ ꝙ aliqua sit aliqd puta vocalis vel scripta sicut populus nō ē aliqd. q² nō ē substātia nec accñs nec est corpus cū nō sit quātitas ꝯtinua neqꝫ aīal neqꝫ hō. ⁊ nō sint p̄tes ꝓpōnes q̄ꝫ. a. ⁊ b. tunc pꝫ añs fore veꝝ. ⁊ ꝯñs falsum. ¶ Itē nō seqt̄ pplus currit ⁊ nihil ē pplus nō currēs. igit̄ ōis pplus ē currens. posito. n. ꝙ aliqs pplus currat ⁊ aliqs nō. tūc añs est veꝝ ⁊ ꝯñs falsum. q² aliqs ē populus nō currens. ¶ Itē nō seqt̄ aliq̄ ꝓpō vl̄is affirmatiua de tertio adiacēte est falsa. ⁊ nulla est ꝓpō vl̄is affirmatiua de tertio adiacente nō falsa. igitur ōis ꝓpō vl̄is affirmatiua de tertio adiacente est falsa. ⁊ tñ hic arguit̄ a copulatiua exponēte ad expositā. igit̄ ⁊c̄. pꝫ ꝯña ⁊ minor. sed maior arguit̄. q² posito ꝙ nō sit aliq̄ ꝓpositō vl̄is de tertio adiacente affirmatiua nisi ꝯñs ⁊ añs formale ꝯñtie est añs veꝝ. ⁊ ꝯñs falsū q² se falsificat sic significando. ¶ Itē illa ꝯña nō valet aīal scis eē ⁊ nihil est aīāl qn illud scias eē. igit̄ oē aīal scis eē. ⁊ hic arguit̄ ꝑ regulā. igit̄ ⁊c̄. ꝯña pꝫ ⁊ minor. sed maior arguit̄ ponēdo ꝙ oē aīal qd̄ ē aīal scias eē. ⁊ ꝙ scias Adā nō eē tunc est añs istius ꝯñtie veꝝ. ⁊ ꝯñsequens falsum. s. oē aīal scis esse. q² aliqd̄ aīal scis nō esse. igit̄ aliqd̄ aīal nō scis esse. pꝫ ꝯña ⁊ arguit̄ añs. q² tu scis hoc nō eē demr̄ato Adā. vt pono. igit̄ hoc scis non eē. pꝫ ꝯña satis ⁊ vltra hoc scis nō eē. igit̄ aliqd̄ aīal scis nō eē. pꝫ ꝯña ab inferiori ad suū supius affirmatiue ⁊c̄. ¶ Itē arguit̄ ꝙ ab exposita ad illā copulatiuā exponentē nō vꝫ ꝯña. q² nō seqtur q̄lislibet hō currit. igit̄ de aliq̄ spē q̄litatis hō currit. ⁊ nulla est spēs q̄litatis de qua nō hō h̄ñs currat. ⁊ hic arguit̄ ꝑ regulā. igitur. ⁊c̄. pꝫ ꝯña. ⁊ maior arguit̄. q² ꝯñs istius significat ꝙ de aliquo termino specifico hō h̄ñs currit. cū ōis spēs sit terminus. iō ipertinens est illud ꝯñs illi antecedenti.

Ideo dr̄ ad primū de virtute sermonis ꝯcedendo ꝙ ab expositis sit̄ sumptis ad suas exponētes si vꝫ ꝯña sic intelligendo ꝙ tales ꝯñe nō valent aliqs hō currit. nullus est hō nō currens. igit̄ qlibet hō currit. q² illud qd̄ ponit̄ ꝓ añte. neqꝫ est veꝝ neqꝫ falsum. cū nō sit ꝓpō. sed si debeat valere ꝯña oꝫ ponere copulationē sic. ꝙ arguatur a copulatiua q̄ nō est iste exponentes. sed ē iste exponentes cū illa copula. ⁊c̄. Et ꝑ eādē cāꝫ nō valēt tales ꝯñe. ōis hō currit. sor. ē hō igitur sor. currit. ⁊c̄. ¶ Sed ad formā argumēti omissis verbis dr̄ negādo illā ꝯñaꝫ aliq̄ ꝓpositio est vera. ⁊ nihil est ꝓpō nō ꝓpō vera igit̄ ōis ꝓpō est ꝓpō vera. ⁊ dr̄ ꝙ ibi nō arguit̄ a copulatiua exponente ad suā expositā q² ista negatiua exponens nō bene sumit̄ vñ ad sumendū negatiuā exponentē talium vl̄ium adhibēda est diligentia vt sumant̄ termini p̄cise eq̄l̄r supponentes ꝓ tot p̄cise ꝓ quot supponunt in exposita. ⁊ iō ꝑm varios terminos pro vna re vel multis supponentes i exposita oꝫ etiā varios terminos accipere in exponēte negatiua. ⁊ ideo licet illa ꝯña valeat animal currit. ⁊ nihil est aīal nō currens. igitur omne animal currit tanqꝫ a copulatiua exponente ad suam expositā tñ ista ꝯña non valet ppl̄s currit. ⁊ nihil est ppl̄s nō currens igitur qlibet pplus currit. ⁊ hoc est propter varia significata illorū termioꝝ animal ⁊ populus. q² ly animal pro re aliqua supponit. sed ly populus pro nulla re supponit. sed ꝓ multis rebus simul acceptis supponit. Et iō illa quilibet populus currit. sic exponenda ē populus currit. ⁊ nullus est populus nō currens tenendo ly nō currens nō substantiue. Uel sic accipienda est minor nihil nec aliqua

sunt populus nõ currentia. Vñ lꝫ bene su/
mat̃ ista negatiua. nullũ est aĩal nõ currens
respectu istius. oẽ aĩal currit. nõ tñ bene su/
mit̃ ista. nullus est pplus nõ currens. tenen
do ly currens substantiue. qꝛ pplus neqꝫ est
currens neqꝫ nõ currens. Sꝫ bene est currẽ
tia vel nõ currentia sicut pplus nõ ẽ homo
neqꝫ nõ hõ. ⁊ ita oĩo dĩ de ista. oĩs proposi/
tio ẽ vera. ¶ Ad aliud differt̃ solũ vsqꝫ ad
mãꝫ insolubiliũ. ¶ Ad aliud dr̃ negando cõ
sequẽtiã aĩal scis eẽ. ⁊ nihil ẽ aĩal ꝙ nõ scias
esse. igit̃ omne aĩal scis eẽ. qꝛ minor nõ sumi
tur sicut dꝫ sumi eo ꝙ in illa ꝓpositione. om
ne aĩal scis eẽ. distribuit̃ ly aĩal ꝓ omni aĩali
qđ qs põt intelligere. iõ minor dꝫ sic sumi.
⁊ nullũ ẽ aĩal qđ qs põt itelligere qđ nõ sciaſ
eẽ. ¶ Ad aliud cũ arguit̃ ꝙ illa ꝯña nõ valet
q̃lislibet hõ currit. igit̃ de q̃libet spẽ q̃litatis
hõ hñs currit. igit̃ ⁊c̃. dr̃ negãdo ꝯñtiã nec
ille sunt sue exponẽtes. qꝛ ista q̃lislibꝫ hõ cur
rit. nõ significat ꝙ de q̃libet spẽ q̃litatis hõ
hñs currit. sed significat ꝙ q̃libet q̃litate ali/
cuius q̃lificati data hõ q̃lis eadẽ q̃litate spe/
cifice currit. ⁊ sic exponatur ista. ⁊ pꝫ solutio
argumenti.

Sed occurrit dubiũ qd sit subiectũ in ta/
libus ꝓpositionibꝰ ꝓ sui expositione habẽda
cuiuslibet hoĩs asinus curit. oĩs ꝓpositio vel
eius ꝯtradictoria ẽ vera. nũqd hoc totũ hoĩs
asinus sit subiecuꝫ in prima. ⁊ id. propositio
vel eius cõtradictoria sit subm in scđa. aliter
enĩ sumẽde sunt exponẽtes negatiue si totũ
illud sit subiectũ q̃ꝫ si solũ vna eiꝰ ps. Et pri
mo arguitur ꝙ subm istius ꝓpositionis scri
pte. cuiuslibet hominis asinus currit. sit totũ
hoc hoĩes asinus ⁊ nõ ly hoĩs solũ vt dici
solet. solet. n. dici ꝙ in hac. cuiuslibet hoĩs asi
nus currit. ly hoĩs est subiectũ qđ pꝫ reducẽ
do ad rectũ sic q̃libet hõ ẽ cuius asinus cur/
rit. Sꝫ cõtra. qꝛ illius scripte. cuiuslibet hoĩs
asinus currit. ẽ ly hoĩs ps ꝓpositõis ⁊ non
subꝫ. qꝛ nõ põt reddere suppositũ illi verbo
ẽ. immo nullius vbi põt eẽ suppositũ. Neqꝫ
ẽ pars predicati neqꝫ predicatũ. igit̃ cuꝫ iste
terminus sit cathegorema est pars subi ⁊c̃.
¶ Item ly homo nõ est pars istius proposi
tionis. cuiuslibet hoĩs asinus currit. igit̃ non
est subiectũ eius. ¶ Item in illa ꝓpositione
currens est oĩs asinus. hoc totũ est predica/
tũ hoĩs asinus. igitur ꝯuertẽdo illud totũ qđ
est predicatũ efficit̃ subiectũ. ⁊ ꝑ ꝯñs istius
propositionis. hoĩs asinus est currens. sub/
iectũ est illud. totũ hoĩs asinus. ¶ Itẽ in illa.
tñi vex est propositio vel eius cõtradictoria.
vtraqꝫ pars illius disiũcti tenet̃ ex parte pre
dicati ꝓpositio vel eius ꝯtradictoria. igit̃ in
illa vl'i. oĩs propositio vel eius cõtradictoria
est vera. vtraqꝫ pars disiuncti se tenet ex par
te subiecti. ¶ Itẽ aliter sic. ista ꝯña valet a cõ
uersa ad conuertentẽ. sor. est hõ vl' asinus igi
tur hõ vel asinus est sor. ⁊ in prima vtraqꝫ
ps disiuncti se tenet ex parte predicati. igitur
in scđa etiã se tꝫ ex pte subiecti. ¶ Sed forte
dr̃ ꝙ ista nõ conuertitur sic. sed dꝫ sic cõuerti
igit̃ qđ est homo vel asinus est sor. ¶ Sed
contra. qꝛ ista. hõ est chymera vel homo. cõ
uertetur sic. igitur ꝙ est chymera vel homo
est homo. sed ꝯñs est falsuꝫ. qꝛ sequit̃. qđ est
chymera vel hõ ẽ hõ. igit̃ chymera vel hõ
est hõ. ꝯñs. falsum. qꝛ sequitur chymera vel
hõ est hõ. igitur chymera est ens qđ vel hõ
est hõ. ꝯñs falsum. ⁊ tenet ꝯña ꝑ positionem
q̃ tñ ꝯña apud veritatem nõ valet cũ sit illa
vera. chymera vel homo ẽ hõ. qꝛ omne qđ
est chymera vel homo est hõ. ideo chyme/
ra vel homo est homo. ⁊ etiã qꝛ homo ẽ hõ
igitur chymera vl' hõ est hõ a parte disiun/
cti ad totũ sine impedimento. ¶ Item in illa
asinus currit. ly asinus ẽ subiectũ ⁊ regitur a
parte ante ab illo verbo currit. sed ꝑꝑ appo
sitionem istius obliq hoĩs nõ variat̃ depen/
dentia istius verbi currit ad illud nomen asi
nus. qꝛ ly hominis non regit̃ ab illo verbo
currit. igit̃ sequit̃ ꝙ ly asinus adhuc regitur
a parte ante ab isto verbo currit. Alia argu/
menta pro ista parte adduci possent ex fun/
damẽtis speculatiue grãmatice. sed qꝛ illa nõ
faciliter intelligerent̃ sine longa disgressione
ideo relinquantur.

Oppositum tñ arguit̃. qꝛ dato ꝙ totum illud sit
subm hominis asinus in ista hoĩs asinus cur
rit sequit̃ ꝙ totũ illud possit distribui. ⁊ tunc
seqt̃ ꝙ aliqua est vniuersalis falsa cuius que
libet singularis est vera ⁊ cuilibet supposito
subi correspondet vna singularis ꝯñs est fal/
sum ⁊ ꝯña arguit̃. qꝛ ista vniuersalis ẽ falsa.

oīs ꝓpositio vel eius ꝯtradictoria ē vera dato ꝙ hoc totū disiunctū sit subiectū ⁊ dato ꝙ q̄libet ꝓpositio habeat ꝯtradictoriū. ⁊ tñ q̄libet eius singularis est vera. s. ista propositio vel eius cōtradictoria est vera. ⁊ sic de alijs.

Ad dubium rñdet ipm cōcedendo intelligēdo ꝙ in ista propositione oīs ꝓpositio vel eius cōtradictoria est vera. vtraqȝ ps disiuncti se tenet ex parte subiecti lȝ illius ꝓpositionis totū illud nō sit subiectū ꝓpositio vel eius cōtradictoria. q: ly vel nō ē ps extremi. ❡ Ad argumentū cum arguit. q: sic alicuius vl'is false affirmatiue q̄lȝ singularis foret vera cuȝ hoc ꝙ cuilibet supposito subi corespondet vna singularis. dr̄ cōcedendo illud ꝯñs quā uis nō seq̄tur ex dubio vt pȝ de tali. incipit vtrūqȝ illoꝝ esse veꝝ. demōstrando duas ꝓpositiones q̄rū vna incipiat ⁊ desinat eē vera ⁊ alia incipiat ꝑ remotionē. Silr̄ de illa incipit oīs hō esse sor. posito ꝙ sor. incipiat esse oīs hō ⁊ sit ⁊ fuerit añ sor. ⁊ de illa icipit oīs asinus currere posito ꝙ iā sint tres asini ⁊ nō plures q currāt ⁊ currerint ꝑ horā imediatā huic instanti ⁊ desinat esse ꝑ remotionē de pñti c. asinus q nō imediate añ hoc currebat tunc pȝ ꝙ illa vl'is est vera incipit oīs asinus currere. ⁊ q̄lȝ singularis est falsa. in illo. n. casu incepit oīs asinus currere lȝ nullus asinus incipiat currere. sed aliqs desinat currere. sed tñ ad argumentū dr̄ negando ꝯñaȝ cū infert illa ꝯclusio cōcessa ex dubio. Et ad probationē cū arguit ꝙ illa est falsa. oīs propositio vel eius ꝯtradictoria est vera. posito ꝙ oīs ꝓpositio habeat cōtradictoriū. dr̄ cōcedendo. sed dr̄ vlterius ꝙ nulla talis est sua singularis. illa ꝓpositio vel eius cōtradictoria est vera. q: q̄libet talis ē indefinita. sed sue singulares sunt iste. illa q̄ est ꝓpositio vel eiꝰ ꝯtradictoria est vera demonstrando gr̄a exēpli istā nullus deus est. ⁊ pȝ ꝙ illa singularis est falsa sicut ⁊ multe alie discurrendo tā ꝑ propositiones veras q̄ȝ falsas. ❡ Sed forte contra hoc arguit probando adhuc ꝙ aliq̄ vl'is in casu est vera. puta illa cuiuslibet hoīs asinus currit. in quo casu multe eius singulares sunt false ponendo ꝙ quilibet asinus qui est alicuius hoīs currat. Sed sit aliquis hō qui non habeat asinū puta sortes. ⁊ sequitur ꝙ aliqua singularis istius est falsa. cuiuslibet hoīs asinus currit. q: ista istius hominis ille asinus currit demonstrando sor. ⁊ aliquem asinum. ⁊ tñ ista vniuersalis est vera. q: ipa conuertitur cum ista. quilibet asinus hominis currit que est vera. vt pȝ exponendo. igitur ipa est vera. pȝ consequentia. ⁊ arguitur antecedēs. q: cōtrarie istarū propositionum inuicem conuertuntur. igitur ⁊ illa cōuertūtur pȝ ꝯña ⁊ antecedēs. q: iste conuertūtur nullius hominis asinus currit. ⁊ nullus asinꝰ hominis currit. ❡ Item in isto casu ista ē falsa. alicuius hominis asinus non currit. q: seq̄tur alicuius hominis asinus nō currit. igitur asinus alicuius hominis non currit. ꝯsequēs falsum ex casu. q: quilibet asinus alicuius hominis currit. ⁊ consequentia arguitur. q: subiecta istarum propositionum conuertunt. ⁊ pro eisdem precise supponunt. ⁊ alia sunt paria ⁊ conuertibilia. igit ⁊ iste propositiones conuertunt. sicut ⁊ iste asinus hominis currit. ⁊ hominis asinus currit. Uel presupponat prius ꝙ non refert dicere hominis asinꝰ ⁊ asinus hominis vbicunqȝ ponat sine distributione. ❡ Item tantum currens est hominis asinus. ponat enim cū toto casu ꝙ nihil currat nisi hominis asinus. tunc tm̄ currens est hominis asinus. igitur cuiuslibet hominis asinus est currens. tȝ consequentia ab exclusiua ad vniuersalem de terminis transpositis. ⁊ antecedens est verū. igitur ⁊ cōsequens. ❡ Item iste exclusiue conuertuntur tantum currens est hominis asinus. ⁊ tantum currens est asinus hominis. ⁊ iste sunt sue vniuersales sic significando. scilicet quilibet asinus hominis est currens. ⁊ cuiuslibet hominis asinus est currens. igitur ⁊ iste vniuersales conuertuntur. sed vna illarum est vera in dicto casu. igitur ⁊ vtraque. ❡ Item hominis asinus currit. ⁊ nihil est hominis asinus nō currens. igitur cuiuslibet hominis asinus currit. pȝ consequentia ꝑ regulam datam de expositione vniuersalis affirmatiue. ⁊ antecedens est verum. igitur ⁊ consequens. ❡ Item quelibet singularis istius vniuersalis. cuiuslibet hominis asinus currit. sequitur ex aliqua singulari istius. quilibet asinus hominis currit ⁊ econuerso. ⁊ cuilibet supposito subiecti alicuius istorum corespondet aliq̄

singularis.igitur vna vniuersalis istorum sequitur ad aliam ⁊ econtra. Si conceditur cõsequentia probat̃ antecedens ponendo ꝙ qlibet homo habeat asinum currentem ⁊ nullũ quiescentem.tunc pꝫ ꝙ tot sunt singulares vnius istarum vniuersalium quot alterius se formaliter in ꝯñtia bona iferẽtes.qꝛ bñ seqt̃ istius hoïs iste asinus currit igit̃ iste asinus hoïs currit.silr seqt̃ ecõuerso.vt pꝫ.¶ Itẽ indefinite istarum vniuersalium conuertũtur igit̃ ⁊ iste vniuersales conuertuntur.pꝫ cõsequentia.⁊ arguitur antecedens.qꝛ iste cõuertuntur asinus hominis currit.⁊ hominis asinus currit. Ideo forte dicitur.sicut argumenta petunt ꝙ iste conuertuntur in dato casu.⁊ vtraqꝫ est vera.Sed contra.alicuius hominis asinus non currit.igitur nõ cuiuslibet hominis asinus currit.ꝯña pꝫ ex positiõe.⁊ antecedens arguitur.qꝛ sortis asinus nõ currit ⁊ sortes est aliquis homo.igitur alicuius hominis asinus non currit.¶ Item alicuius hominis nullus asinus est.igitur alicuius hominis nullus asinus currit. Item si cuiuslibet hominis asinus currit ⁊ sor.est homo.igitur sortis asinus currit. Iteꝫ iste exclusiue.tantũ hominis asinus currit.⁊ tantum asinus hominis currit.non sunt conuertibiles.igitur ⁊ iste vniuersales quilibet asinus hominis currit.⁊ cuiuslibet hoïs asinus currit.non sunt conuertibiles sic significando.pꝫ ꝯña ex responsione.⁊ arguitur antecedens ponẽdo ꝙ solus sortes habeat asinũ currẽtẽ.sed cũ hoc currunt alia aïalia.⁊ pꝫ ꝙ illa est falsa.tm̃ asinus hominis currit.⁊ ista est vera.tm̃ hominis asinus currit.qꝛ hominis asinus currit.⁊ nullius non hominis asinus currit.igitur tã tum hominis asinus currit.pꝫ consequentia ab exponentibus ad expositam.cuius antecedens in casu est verum.ergo ⁊ consequens. Item solius sor.asinus currit.igitur tm̃ sor. asinus currit.pꝫ ꝯña.⁊ añs.qꝛ sortis asinus currit.⁊ nullius non sor.asinus currit.igitur solius sortis asinus currit.pꝫ ꝯña ꝑ exponentes illius termini solius.Sed adhuc dicitur vt prius negando istam conclusionem illataꝫ sequi ex dictis cum casu posito.⁊ vlterius dĩ ꝙ iste conuertuntur.cuiuslibet hominis asinus currit.⁊ quilibet asinus hoïs currit.Et termini ita supponunt in vna sicut in alia.Et vlterius dĩ ꝙ ista cuiuslibet hoïs asinus currit non hꝫ singularem aliqꝫ.nisi istam i q̃ demonstrat̃ homo habens asinum saltem si sumantur singulares de pronoïe demonstratiuo.vnde sue singulares sunt tales iste qui ẽ asinus hoïs currit.aut sic.hoc qđ est hominis asinus currit.iõ in ista istius hominis ille asinus currit demonstrato homine non habente asinum ꝑ ly istius.⁊ aliquo asino ꝑ ly iste non est singularis illius.nisi in voce.⁊ nõ in significatione.ideo nõ procedit argumentum.vnde sicut conceditur ista in illo casu cuiuslibet hominis asinus currit.ita concedẽdũ est in casu aliquo ꝙ cuiuslibet hominis brunellus currit.⁊ tñ solius sortis brunellus currit.⁊ cum hoc tñ plato est homo cuius brunellus non currit.pꝫ hoc posito ꝙ solus sor. habeat brunellum currentem.⁊ plato habeat asinum quiescentem tantũ.tunc prima ꝓs illa.s.cuiuslibet hominis brunellus est asinus currens in dato casu vera est exponendo illã vt ꝑ prius.⁊ cum hoc tñ stat ꝙ solius sortis brunellus sit asinus currens.¶ Ueruntamẽ ad probandum ꝙ iste vniuersales conuertã tur fiebat consequentia.q̃ nõ vꝫ q̃ arguebat̃ illas vniuersales conuerti ꝑ hoc ꝙ illaꝝ singulares ꝯuerterent̃.dĩ.n.ꝙ nõ vꝫ ꝯña.lꝫ tñ iste vl'es cõuertant̃.Unde nõ valet illa forma a.⁊.b.vniuersales cõuertunt̃.⁊ cuilibet supposito subi vtriusqꝫ eaꝝ correspõdet vna singularis.igit̃ singulares illaꝝ ꝯuertunt̃.vt pꝫ in dicto casu.neqꝫ seqt̃ ecõtra singulares a.vniuersalis ⁊.b.vniuersalis conuertunt̃ sic ꝙ q̃libet singularis a.seqt̃ ex aliq̃ singulari.b. ⁊ ecõtra.⁊ vtriusqꝫ vl'is cuilibet supposito subiecti correspõdet vna singularis.igitur ille vl'es cõuertunt̃.aut ex vna seqt̃ alia.econtra pꝫ totũ hoc de istis vl'ibus.oïs hõ q est alb⁹ currit.⁊ oïs hõ currit.q ẽ albus.posito enĩ ꝙ oïs hõ sit albus.tũc tot singulares ꝓci se hꝫ vna.sicut alia.dato ꝙ cuilibet supposito subi illaꝝ corñdet vna singularis.pꝫ tũc ꝓpositũ.Et tũc ad argumẽta qñ ar̃ ꝙ nõ cuiuslibet hoïs asinus currit.qꝛ sortis asin⁹ nõ currit.⁊ sor.ẽ aliqs hõ.igit̃ alicui⁹ hoïs asinus nõ currit.negat̃ cõsequentia.Et si dicat̃ ꝙ arguit̃ ab inferiori ad suũ superius cũ constãtia subiecti.dĩ ꝙ nõ bene sumit̃ constãtia. dꝫ enim sũmi constãtia totalis extremi vt sic

arguẽdo.sor.asinus non currit.⁊ sor. asinus est hoīs asinus.igitur hoīs asinus nō currit sed minor est falsa. Ad aliam formam dr̄ etiã negando ɔ̄ñam cuꝫ arguitur sic cuiuslibꝫ hominis asinus currit.⁊ sor. est hō. igitur sor. asinus currit.negatur ɔ̄ña. q: lꝫ arguatur a superiori distributo nō tm̄ sumitur cōstantia totalis extremi sed debet sumi minor sic.sor. asinus est alicuius hoīs asinus ad ɔcludendã illã.sortis asinus currit cū maiori. ¶ Ad aliud negat̄ illud añs.alicuius hoīs nullus asinus est in casu dato.q: in dicto casu cuiuslibet hominis qlibet asinus est. ¶ Ad aliud ɔceditur ꝙ iste exclusiue cōuertunt̄.⁊ negat̄ ꝙ illa tãtum hoīs asinus currit.sit vera.debꝫ eniꝫ sic exponi.nihil ꝙ nō sit hominis asinus currit ⁊ qñ arguitur ꝙ tm̄ hominis asinus currit. q: solius sortis asinus currit.dicitur negãdo añs ⁊ negatur argumentum illud cōcludens q: nō exponitur illo modo.

¶ De ꝓbatione propositionis exclusiue.

te arguitur probando istum modum exponendi non fore bonum. quia cum veris isto dato sequitur ꝙ hec impossibilis. sic significando omnis homo preter nos currit demonstrando me. ⁊ te per ly nos. Et idem arguitur de ista omnis homo preter sor. ⁊ platonem currit consequens tamen est falsum. ponatur enim ꝙ nullus homo nisi nos sit non currens. vel nisi sor. ⁊ plato. ¶ Item sequitur. fore possibile ꝙ tu incipis scire omnem propositionem preter a. ⁊ tamen tu. incipis scire. a. consequens est falsum. quia exceptiua repugnat sue preiacenti. similiter ꝙ tu differas ab omni homine preterquam a te. consequens est falsum. quia tunc sequitur ꝙ omnis homo preter te sit. ⁊ probatur consequentia. quia tu differs ab omni homine non te ⁊ non differs a te ⁊ si aliquid est tu id est homo. consequens tamen est falsum. ¶ Item sequitur ꝙ tu non differs ab alio preterquam ab asino. consequens est falsum. quia tunc a nullo alio ab asino differres. ⁊ cum capra sit ⁊ tu sis. sequitur ꝙ tu es capra. Item sequitur ꝙ possibile foret ꝙ tu vides omnes homines albos preter sor. ⁊ tamen non vides aliquem hominem album etiam neque aliquos homines albos. ¶ Item hec consequentia non valet. omnis propositio non exceptiua est vera ⁊ propositio exceptiua non est vera propositio. ⁊ si aliqua est propositio exceptiua illa est propositio. igitur omnis propositio preter exceptiuam est vera in casu enim antecedens est verum ⁊ consequens falsum. posito ꝙ nulla sit exceptiua. alia a consequente vel eius parte. ⁊ sit ista consequentia tota cum ista deus est. vel fiat argumentum de ista omnis propositio chategorica preter exceptiuam est vera. ⁊ ponatur casus de illa. ¶ Item ista tantum omnis homo preter sor. currit. non exponitur illo modo. igitur ⁊c. ¶ Ad primum dicitur concedendo ꝙ tales sunt impossibiles. omnis homo preter nos currit. omnis homo preter sor. ⁊ ciceronem currit. quia ex vtraque sequitur ꝙ omnis homo currit. ⁊ etiam ꝙ homo non currit. nec admittitur casus ibi positus. ¶ Et si forte arguitur ꝙ illa sit vera. aut possibilis. omnis homo preter sor. ⁊ platonem currit. quia ponatur ꝙ omnis homo differens a sor. vel platone. currat. ⁊ non currat sor. neque plato. tunc ista propositio est partim falsa ⁊ partim vera omnis homo currit. igitur per dictionem exceptiuam potest verificari. ⁊ tenet consequentia per antiquam regulam. scilicet ꝙ omnis propositio vniuersalis partim vera ⁊ partim falsa. potest per dictionem exceptiuam verificari. sed ista non potest aliter verificari. quam sic omnis homo preter sor. ⁊ platonem currit. igitur ⁊c. Sed huic dicitur admisso casu quod ista omnis homo currit. non est partim vera ⁊ partim falsa. sed simpliciter falsa. neque verificatur per dictionem exceptiuam. immo si exceptiua est vera vniuersalis sibi correspondens est falsa. Et vlterius dicitur ꝙ illa regula antiqua intelligitur sic ꝙ propositio vniuersalis cuius alique singulares sunt vere ⁊ alique false potest habere exceptiuam veram sibi correspondentem in qua excipiantur singularia pro quibus ista vniuersalis est falsa que regula verificatur in terminis simplicibus. ⁊ de vniuersali ⁊ exceptiua quarum nulla se falsificat. ⁊ tunc vlterius dicitur ꝙ huic vniuersali false. omnis homo currit. in casu dato correspondet ista exceptiua omnis homo preter sor. vel platonem currit. Ad secundum dicitur concedendo istam tanquam possibilem. tu incipis scire omnem propositionem preter. a. ⁊ tamen tu incipis scire. a. sicut posito ꝙ due propositiones sint vere ⁊ non plures quas modo incipias scire per positionem de presenti ⁊ sit solum. a. propositio falsa que incipiat esse vera per remotionem de presenti ⁊ quam incipias scire. ⁊ patet conclusio.

Et ad argumentum contra quia tunc exceptiua ⁊ sua preiacens non repugnarent dicitur ꝙ in talibus terminis oppositis frequenter non repugnant. Et si arguitur. si tu incipis scire omnem propositionem preter. a. igitur tu non incipis scire. a. ab exposita ad exponentem. negatur consequentia. quia ista non est exponibilis ratione istius dictionis preter. sed ratione de ly incipis eo ꝙ est primus terminus probabilis in ista. Et per hoc etiam dicitur negando istam tu differs ab omni homine preterquam a te ⁊ etiam consequentiam istam tu differs ab omni homine non te ⁊ non differs a te ⁊ es homo igitur tu differs ab omni homine preterquam a te. si ista. tu differs ab omni homine preterquam a te. habet sic exponi tu es. ⁊ omnis homo preter te est. ⁊ tu non es

homo pꝛeter te.ſed minoꝛ ẽ falſa.i gitur ⁊c̄.
¶ Ad aliud dr̄ concedendo ꝙ tu nõ differs
ab alio preterq̄ȝ ab aſino neqȝ differs ab alio
ab aſino ſicut nõ differs a non aſino.ſed ꝑꝑ
illud non ſequitur ꝙ nõ differs a capꝛa.neqȝ
ſequitur ꝙ a nullo alio ab aſino differs.Et
cõſimiliter dr̄ ad illam.tu nõ differs niſi ab
aſino.q꞉ ſenſus eius ẽ ꝙ nõ differas ab ali-
quo niſi ab aſino.¶ Ad aliud dr̄ negãdo cõ
cluſionẽ ibi illatã.q꞉ ſeq̄tur.tu vides oẽs ho-
mines albos pꝛeter ſoꝛ.igitur oẽſ hoĩes albi
p̄ter ſoꝛ.videnť a te.tenet ꝯñ.ab actiua ad
paſſiuam.⁊ vltra ſeq̄tur.igitur aliqui hoĩes
albi differentes a ſoꝛ.videnť a te igitur aliqui
hoĩes albi videnť a te.ꝙ repugnat ſecunde
parti ꝯcluſionis.Iſta enim eſt falſa.tu vides
iſtos hoĩes alios a ſoꝛ.demõſtrando mulie
res.neqȝ maſculinum genus cõcipit femini-
nũ in numero plurali niſi illud adiectiuũ ſup
ponat ꝓ vtraqȝ.¶ Ad aliud dr̄ in inſolubili
bus.¶ Ad aliud dr̄ ꝙ pꝛobat verũ.q꞉ aliuſ
terminus ꝓbabilis p̄cedit.Et regula ſuperi
us data intelligitur ꝙ exponenda eſt.pꝛimo
mõ dicto qñ talis dictio exceptiua eſt pꝛimꝰ
terminus exponibilis in ea.¶ Uerũtñ eſt ad
uertendũ ꝙ iſta pꝛepoſitio vel cõiunctio pꝛe
ter aliqñ teneť exceptiue ⁊ aliqñ mere nega
tiue.⁊ iõ ſecũdo mõ exponeť ſic.oĩs homo
pꝛeter ſoꝛ.currit oĩs hõ nõ ſoꝛ.currit.⁊ ſoꝛ.
non currit igitur oĩs hõ pꝛeter ſoꝛ.currit.⁊
iſto mõ iſta eſt vera.iſte hõ pꝛeter platonē
currit.poſito ꝙ plato nõ currat.⁊ ſoꝛ.currat
⁊ iſta ſit ſic ſignificando.Silr̄ iſte ſunt vere
oĩs homo pꝛeter chymerã eſt oĩs hõ pꝛeter
adã eſt rõnale aĩal.oĩs hõ pꝛeter aſinũ eſt di
ſcipline ſuſceptiuus.⁊ oẽ aĩal pꝛeter lapidem
eſt ſubã ſenſitiua.Et ſilr̄ iſta eſt vera.nullus
hõ pꝛeter aĩal currit.q꞉ nõ plus ſignificat ni
ſi ꝙ nullus hõ non aĩal currit.⁊ aĩal currit.
qḋ poſſibile eſt.iõ ponatur ⁊ ſeq̄tur pꝛopo-
ſitũ.ſed ſic nõ ſignificat ly pꝛeter dũ tenetur
exceptiue.ſed ſignificat mõ quo expoſite ſũt
pꝛopoſitiones ſupꝛa.Aliqñ aũt teneť ly pꝛe-
ter ſubtractiue.Aliqñ additatiue vt tres ho-
mines pꝛeter ſoꝛ.currunt.Si ly pꝛeter teneť
additatiue ſignificat ꝙ tres hoĩes vltra ſoꝛ.
currunt.Si vero ly pꝛeter tenetur ſubtracti-
ue ſignificat ꝙ tres hoĩes remoto ſoꝛte cur
runt neqȝ hoc reſpuendũ eſt.q꞉ nihil vtilius

in aliqua ſciã hoĩes laboꝛant q̄ȝ ꝙ cuiuſlibet
vocabuli vim ⁊ ꝓpꝛietatẽ cognoſcant.⁊c̄.

¶ De expoſitione reduplicatiue.

rAtione dictionis redu
plicatiue tc̄te af
firmatiue ſufficit ad pꝛopoſitio-
nẽ exponendam copulatiua cuiꝰ
pꝛima ꝑs eſt cathegoꝛica in qua
affirmatur dictio reduplicata de ſubiecto ex
ponende reduplicatiue.⁊ ſecunda pars eſt ꝓ
poſitio cõditionalis cõpoſita ex dictione re-
duplicata ⁊ pꝛedicato reduplicatiue.vbi gr̄a
ſoꝛ.inquantũ hõ eſt aĩal.ſic exponitur.ſoꝛ.eſt
hõ.⁊ ſi aliquid eſt homo illud eſt aĩal.igitur
ſoꝛ.inquantũ hõ eſt aĩal.Contra quẽ modũ
exponendi foꝛte arguiť.q꞉ iſto dato ſequitur
ꝙ iſta ſit falſa.ſoꝛ.inquantũ ſoꝛ.currit poſito
ꝙ ſoꝛ.currat.⁊ ſit iſta ſic ſignificando.q꞉ ex
iſta ſecundum iſtũ modũ exponendi ſequiť
ꝙ ſi aliquid ſit ſoꝛ.illud currit.que ẽ cõditio
nalis falſa.ſed tñ ꝙ illa reduplicatiua ſit ve-
ra arguitur.q꞉ ſoꝛ.currit in iſto caſu ⁊ ſoꝛ.eſt
ſoꝛ.inquantũ ſoꝛ.igitur ſoꝛ.inquantũ ſoꝛ.cur
rit.ꝯña pȝ expoſitoꝛie.¶ Itẽ ſecundo ſeq̄ť
ꝙ quecunqȝ differunt inquantũ differũt ip̄a
conueniunt.q꞉ datis.a.⁊.b.ip̄a differunt.⁊
ſi aliqua differunt ip̄a cõueniunt.q꞉ nõ põt
eſſe ꝙ aliqua ſint que nõ aliqualiter conue-
niant.Et aliq̄ etiã inquantũ ꝯueniũt differũt
ꝙ tñ falſuȝ ẽ.q꞉ ſi aliq̄ inquãtũ ꝯueniũt diffe
rũt ⁊ inquãtũ aliq̄ differũt diſcõueniũt.igiť
aliq̄ inquantũ conueniunt diſconueniunt.ſed
in quocunqȝ aliquo diſconueniunt in illo nõ
conueniunt.igitur aliqua inquantum conue
niunt non conueniunt.¶ Itẽ iſto dato ſequi
tur ꝙ pꝛeciſe tanta eſt conuenientia inter ali-
qua quanta diſconuenientia.ꝯñs eſt impoſſi
bile.¶ Itẽ ſequiť ꝙ quantitas continua in-
quantum continua eſt diſcreta.conſequens
falſum.q꞉ quantitas continua pꝛout continua
differt a diſcreta.⁊ arguiť ꝯña.q꞉ quacunqȝ
quantitate continua data illa eſt diſcreta.⁊ ſi
aliq̄ eſt quãtitas ꝯtinua illa ẽ diſcreta.¶ Sȝ
foꝛte dr̄ ꝙ hec ꝓpoſitio quãtitas ꝯtinua in-
quãtũ ꝯtinua differt a diſcreta.ẽ vera tenẽdo
ly inquantum ſpecificatiue.Sed iſta eadem
non eſt vera tenendo ly inquantũ reduplica
tiue.¶ Sed contra iſtam reſponſionẽ ſic ar
guitur.q꞉ ſi quantitas continua differt a di-

screta inquantum est quantitas continua sequitur ꝙ quantitas continua inquantum cõtinua differt a se ipa. pꝫ consequentia. ⁊ ꝯñs est impossibile. ¶ Item si ista sit vera. quantitas continua inquantum quãtitas continua differt a discreta specificatiue tenẽdo ly inquã tum sequitur ꝙ solum propter hoc quantitas continua differt a discreta. qꝛ quãtitas cõtinua ꝭm rõneꝫ. siue conceptũ suuꝫ propriũ differt a discreta. ¶ Sed contra. tũc sequit̃ ꝙ nulla diffõne existente. aut conceptũ non differt quantitas continua a discreta aliquo modo inquantum continua. ¶ Item hec nõ est de ꝭm ꝙ ipm. homo est animal. vt patet primo posteriorum. ideo non ẽ veruꝫ ꝙ homo ꝭm ꝙ homo ẽ animal sicut videt̃ dicere ipsemet Aristoteles eodem loco. Ideo forte dicit̃ ꝙ prioristice exponenda est dictio reduplicatiua. sicut iam exposita ẽ. Sed posterioristice exponẽda ẽ sic sor. inquantũ hõ ẽ aial sor. est homo. ⁊ si aliqd ẽ homo illud ẽ aial ⁊ econtra si aliqd ẽ aial illud ẽ homo. ¶ Sꝫ contra istã responsionẽ sic arguit̃. qꝛ isto dato sequit̃ ꝙ homo inquãtũ homo sit homo coloratus posterioristice exponẽdo. ꝯñs ẽ falsum. qꝛ nulla talis est ꝺ scd̃m ꝙ ipm. hõ est homo coloratus. ¶ Itẽ sequeret̃ ꝙ duo ꝯtradictoria eẽnt sil' vera. qꝛ illa ẽ vera. sor. iquãtũ hõ ẽ aial. vt pꝫ exponẽdo primo mõ. ⁊ ẽ falsa exponẽdo. scd̃o mõ. igit̃ sua ꝯtradictoria ẽ vera. ¶ Itẽ illi modi exponendi repugnãt. igit̃ vnicus eoꝝ ẽ verus. aut nullus eorum est verus. Sꝫ pro expositione illius termini ꝭm ꝙ ipm ⁊ illius termini ꝑ se. aduerte ad multiplicitatẽ isti⁹ note cãlis qꝛ. ⁊ quot modis cãlis reddat̃ vera.

¶ De expositiõe illius termini ĩfinitũ.

E expositione

istius termini infinitus det̃ prima suppositio ꝙ iste terminus infinitus cathegorematice sumptus opponit̃ priuatiue isti termino finitus. Secũda suppositio ꝙ ly infinitũ cathegorematice sumptũ significat tantũ quantũ non terminatũ. vel non habẽs terminum vl' terminos. pꝫ illa suppositio. qꝛ bene sequit̃ hoc est infinitum. igit̃ hoc est nõ finituꝫ. ⁊ vltra igitur hoc nõ est habẽs finem vel terminum ⁊ tenet ꝯña ista primã. qꝛ ẽ ab affirmatiua ꝺ predicato priuato ad affirmatiuã de p̃dicato infinito. Tertio accipit̃ ꝙ propositio exponibilis rõne istius termini infinitũ sincathegorematice sumpti exponit̃ sic. infinitus numerus est finitus. aliquantus numerus est finitus. ⁊ nõ tantus qn in duplo maior. ⁊ in quadruplo ⁊ sic vltra. igit̃ infinitus numerus ẽ finitus. Infinitũ pondus sor. põt portare aliquantũ põdus sor. põt portare. ⁊ nõ tm̃ põt portare qn in duplo maius. ⁊ in quadruplo. ⁊ sic vltra. igit̃ infinitũ põdus sor. põt portare. Presupponatur vlterius ex modo loquẽdi ꝙ cũ ly infinitũ ponit̃ a ꝑte subiecti nõ p̃cedente termino secum cõstructo capitur sincathegorematice. sed cum ponitur a parte p̃dicati ꝙ solũ accidit vocalibus vel scriptis capitur cathegorematice. Ex quibus sequitur primo ꝙ nõ infinita sunt finita. sed aliq̃ sunt in reꝝ natura que sunt quãtitas infinita. patꝫ prima ꝑs. qꝛ aliqua sunt finita ⁊ nõ plura datis sunt finita. qꝛ due ꝑs istius ꝯtinui sunt in reꝝ natura. ⁊ nõ plura q̃ꝫ iste due ꝑtes sunt in reꝝ natura. qꝛ iste due partes sunt tot ptes vel nõ pauciores q̃ꝫ mille. vel decem milia. ⁊ sic de alijs. qꝛ nulla ꝑs quãtitatiua continuit hꝫ pauciores partes q̃ꝫ ipm continuit. Et secunda pars istius ꝯclusionis vera est ꝙ aliq̃ sunt quantitas infinita. qꝛ aliqua sunt instantia in. a. tꝑe. aut puncta in a linea q̃ sunt quãtitas ⁊ multitudo infinita. qꝛ omnia puncta in. a. linea nõ sunt finita quãtitas. ¶ Sꝫ forte dicitur ꝙ nulla sunt omnia instantia. aut omnes partes proportionales impares istius continui. qꝛ neqꝫ duo instantia. neqꝫ tria neqꝫ mille. ⁊ sic vltra. ⁊ si sic ergo nulla erũt omnia instantia que sunt vel erunt in hora.

¶ Sed contra istud arguitur qꝛ per idẽ nulla sunt omnia que sunt. consequens falsuꝫ. qꝛ vniuersum est omnia que sunt. qꝛ vniuersuꝫ est vniuersum. ¶ Item hoc continuum est omnia que sunt hoc continuum. ⁊ hoc continuum est aliqua. igitur aliqua sunt omnia q̃ sunt hoc continuum. ⁊ per consequens aliq̃ sunt omnes partes que sunt hoc continuum ⁊ ita aliquã ꝭm aliquem ordinem sunt omnes partes proportionales pares que sunt ĩ hoc continuo. ⁊ sic etiam ꝭm aliquem ordinem aliqua sunt omnes ꝑtes proportionales

impares que sunt in hoc ꝯtinuo. ¶ Et si arguit consimili modo. sicut prius ꝙ nō. quia neqȝ due neqȝ mille sunt omnes partes impares que sunt in hoc continuo. ⁊ sic vltra. iō nulle sunt omnes partes impares que sunt ī hoc cōtinuo. dr̄ negando añs sic intelligendo ꝙ nec due partes nec mille. ⁊ sic ď singulis sunt omnes partes que sunt in hoc continuo tam finitas q̄ȝ infinitas numerando. qꝛ de illis verificatur tam numerus finitus q̄ȝ infinitus. ⁊ lȝ per nullum numerum finituȝ signari possint distincte. tamen per numerum infinitum signari possunt. ¶ Ideo cōcluditur vltra ꝙ nō infinitus numerus est finitus. lȝ aliqua sint numerus infinitus. vt pȝ de partib⁹ imparibus dati continui. Et ꝙ non infinite partes proportionales sunt in illo cōtinuo. qꝛ non plures partes q̄ȝ sunt partes q̄ sunt due medietates sunt in dato continuo. Et vlteri⁹ pȝ ꝙ aliquis est numerus cuius aliqua pars est numerus. qui non est minor q̄ȝ iste numerus. cuius est pars. Et ꝙ non oīs numerus ē maior sua pte. Et aliqs numerus ē equalis sue parti. qꝛ numerus binarius q est a ꝯtinuū nō est maior numerus q̄ȝ numerus qui est eius medietas. neqȝ minor. ⁊ cum vterqȝ illoruȝ sit finitus simpliciter sequit̄ ꝙ vterqȝ illoꝝ est alteri equalis.

Sed cōtra hoc forte arguit̄. qꝛ istis datis seqtur ꝙ finitus numerus ē infinitus. ꝯñs est īpossibile vt pȝ ex ꝑma suppositione. qꝛ seqtur ꝙ numerus finitus ē nō finitus. ⁊ ꝯña prima arguit̄. qꝛ a ꝯtinuū est numerus infinitus ⁊ a cōtinuū est numerus finitus. qꝛ a ꝯtinuū est due medietates q̄ sunt numerus finitus puta binarius. igit̄ ⁊c̄. sed maior arguit̄. qꝛ aliqs numerus infinitus ē in a. sicut partes in toto. iō sequit̄ a fortiori ꝙ a numerus sit infinitus. pȝ ꝯña. ⁊ añs arguit̄ qꝛ numerus q est oēs partes ipares a continui est infinitus. ⁊ iste ꝯtinet̄ in a. igitur ⁊c̄. ¶ Itē nullus numerus pōt esse maior numerus q̄ȝ sit ⁊ a est numerus. igitur a est numerus infinitus. ¶ Item aliqua ps a est numerus infinitus. igit̄ a fortiori a est numerus infinitus. ¶ Itē a numerus infinitā proportionem hȝ ad aliquē datum numeꝝ finitū. igit̄ a nō est numerus finitus pȝ ꝯña. ⁊ antecedens arguit̄. qꝛ infinitam proportionē habȝ numerus ad istū numeꝝ binariū qui ē due intelligentie. ¶ Itē sequitur ꝙ finitum aliqđ infinitum excedit excessu solū finito. ¶ Item sequitur ꝙ aliquis est maximus numer⁹ puta binarius qui est in hoc continuo. ⁊ idē est minimus qui est in eodem. qꝛ nullus numerus in hoc continuo est maior vel minor illo qđ si conceditur arguit̄ ꝙ illa copulatiua sit falsa virtute superlatiui gradus. ¶ Itē in infinitum cōtinuū qđlibȝ est diuisibile vt ponit Arꝭ. in ꝑmo ⁊ tertio ⁊ sexto physicoꝝ. ¶ Itē sequitur ista conclusio ꝙ a numerus finitus est minor .b. numero finito. ⁊ augebitur ī infinitum. successiue. b. numero stante. ⁊ tamē a nunq̄ȝ erit equale. b. ꝯñs est impossibile. ⁊ cōsequentia arguit̄ posito qđ a sit numerus minor finitus qui non sit quantitas cōtinua ⁊ crescat a successiue ꝑ totā istam horam discrete sic ꝙ in primo nō esse hore erit a numerus infinitus ⁊ sit. b. numerus finitus qui ē aliqđ continuum. tunc patet tota cōclusio deducenti vel ponatur ꝙ a stante diminuatur b. ad non quantū successiue. ⁊ sequitur econtra conclusio. ¶ Itē dato illo sequit̄ ꝙ a est finitum ⁊ non augebit̄. neqȝ diminuetur. ⁊ tñ in primo non esse hore erit infinitum. ꝯñs impossibile. ⁊ probatur consequētia ponatur ꝙ a sit vnū corpus lōguȝ i infinitū v̄sus orientalē plagam ⁊ finite lōgum versus nos pedaliter latum ⁊ profunduȝ. tūc patet ꝙ hoc corpus est finitū. qꝛ est terminatum tam s̄m latitudinem q̄ȝ s̄m profunditateȝ. ⁊ finitum versus nos. igitur a est corpus finitū. ¶ Itē a corpus est figuratum igitur termīo vel terminis clausum. consequētia patet ex primo euclidis. qꝛ figura est que termino vel terminis clauditur. ideo a corpus ē finitū. ¶ Ponatur igitur ꝙ sine maioratione. aut diminutione auferatur primum pedale ⁊ fiat figura sperica. deinde auferatur s̄m pedale ⁊ extendatur circa primum sine augmētatione ⁊ diminutione eius. ⁊ sic vltra de omnibus pedalibus. ⁊ tunc sequitur ꝙ in fine erit a simpliciter infinitum. qꝛ ex nulla parte terminatum. ideo sequit̄ tota cōclusio. ¶ Item arguitur in eodē casu ꝙ a est finite longum. quia habet vltimū versus oriens. qꝛ habet aliquā partem qua nulla est vlterior s̄m istam differentiam. qꝛ capiat̄ totū preter primum pe-

dale istius ⁊ sequitur qd̕ ista est pars q̃ nul/
la est vlterior scd̕ꝫ istã differentiã positiõis.
Sed ad horum primum dicitur negã
do istam cõsequentiam cũ infert
qd̕ numerus finitus est infinitus. ⁊ cum ar/
guitur ꝙ sic. q: a. numerus qui est hoc cõti
nuum est infinitus. negatur hoc ⁊ negatur
hec consequentia numerus infinitus est i hoc
tanquam sue partes. igitur a est numerus in
finitus. ❡ Ad secundũ negatur ista cõsequẽ/
tia. nullus numerus potest esse maior q̃ꝫ est a
⁊ a. est numerus. igitur a est numerus infini
tus. ❡ Ad tertiũ negatur antecedẽs. s. qd̕ ali
qua pars est numerus infinitus ⁊ vlteriꝰ di/
citur ꝙ numerus q est omnes partes impa
res s̕m istam diuisionem non est pars. a. sꝫ
est partes a. ❡ Ad quartum negatur ista cõ
sequentia infinitam proportionem habet a.
ad aliquem numerum finitum. igitur est nu/
merus infinitus. ❡ Et si forte arguitur con
tra istam responsionem. q: tunc sequitur ꝙ
a numerus est maior b. numero. ⁊ a. dimi/
nuetur vniformiter ad non quantum stante
b. ⁊ tñ a nunq̃ꝫ erit equalis. b. pꝫ cõsequẽtia
q: diminuitur a continuum vsqꝫ ad non quã
tum stante. b. numero qui est due intelligen/
tie. Item a numerus infinite distat a nõ quã
to. igit̕ numerus est infinitꝰ numerus. ❡ Ad
primũ dĩ ꝙ de virtute sermonis nõ diminu
etur a numerus. q: nec hoc ꝯtinuũ. neqꝫ ali
qua eius pars vnq̃ꝫ erit minor numerus q̃ꝫ
est hoc continuum. lꝫ illud continuum dimi
nuetur. aut condempsabitur ad non quantũ
⁊ causa est. q: nullus numerus põt esse ma
ior numerus q̃ꝫ ip̃e est. Et gnãl̕r nulla quãti
tas discreta põt esse maior quãtitas discreta
q̃ꝫ ip̃a vel sit minor. ⁊ gnãl̕r nulla quantitas
põt eẽ maior quãtitas q̃ꝫ ip̃a sit. lꝫ tñ aliq̃ q̃n
titas ꝯtinua possit eẽ maior quãtitas cõtinua
q̃ꝫ ip̃a sit. ❡ Ad aliã formã negat̕ añs istiꝰ cõ
seq̃ntie a numerus infinite distat a nõ q̃ꝫto
igitur a numerus est infinitus. Et si forte ar/
guitur ꝙ sic q: a distat a nõ quanto. per nu/
merũ infinitũ. igit̕. a. distat ĩfinite. a. nõ quã/
to negat̕ ꝯña. ❡ Ad aliud ꝑncipale argumẽ
tũ dĩ ꝙ ꝑ tales ꝓpões ꝯtinuũ ĩfinitũ ẽ diui
sibile itellexit Aristo. ꝙ ꝯtinuũ ẽ diuisibile in
semꝑ diuisibilia. sicut ip̃emet dicit primo celi
Ad aliud dĩ vt prius negãdo ꝙ a numerus
fiet maior numerus ⁊ negãt̕ casus. ibi posi/
tus ad intellectũ argumẽti ⁊ si admittat̕ ca/
sus grã disputationis ꝓcedit̕ conclusio. sicut
ꝯñs. ❡ Ad aliud dĩ de virtute sermonis ꝯce
dẽdo ꝯclusionẽ illatã. Et si cõtra forte arguit̕
ꝙ illud corpus in principio ẽ ĩfinitũ. q: infini
te distat a nõ q̃ꝫto. igit̕ ip̃ꝫ ẽ ĩfinitũ. ❡ Item
hoc corpus nõ põt augeri. igit̕ ip̃ꝫ ẽ infinitũ
❡ Itẽ seq̃t̕ si hoc corpus ẽ finitũ ꝙ hoc cor/
pus ẽ maius sua ꝑte quãtitatia. ❡ Itẽ si hoc
corpus ẽ finitũ alicui corpori eẽt eq̃le. ꝯñs fal
suꝫ. Sꝫ ad oẽs istas formas dr̕ q̃ꝫlibet istaꝝ
negãdo preter primã cuius negat̕ añs d̕ sim
pliciter tñ finitis tenẽt iste forme. ❡ Ad vlti/
mũ argumentũ quo arguit̕ ꝙ a ẽ finite lon
gũ. q: hꝫ vltimũ v̕sus ꝑtẽ ĩfinitã. dĩ negãdo
añs ⁊ dĩ vltra ꝙ q̃cũqꝫ ꝑte data aliq̃ ẽ vlte/
rior neqꝫ hoc totũ. ẽ eq̃ vltra sicut aliq̃ eius
ꝑs. imo nulla ẽ prima ꝑs neqꝫ vltima alicu/
ius continui.

❡ De expositione de li totus tota totũ.

Sicut ly ĩfinitũ aliq̃n sumi
tur cathegorematice
⁊ aliq̃n sincathegorematice sic
iste terminꝰ totus vñ cũ sumit̕
sincathegorematice equalet hu/
ic cõplexo q̃libꝫ ꝑs cũ v̕o sumit̕ cathegorẽa
tice equalet huic cõplexo ꝑfectũ ex suis ꝑtibꝰ
capiẽdo ꝓp̃e totũ ꝓut dr̕ relatiue ad ꝑtes. Et
cũ ponit̕ a ꝑte subiecti ly totus nõ determiã
tũ ꝯsueuit sincathegorẽatice capi a ꝑte] vero
predicati cathegorematice. qd̕ totũ est ad be
neplacitũ accipientis. Ex q̃bus pꝫ primo ꝙ
deus fecit totũ qd̕ ip̃e potuit facere q̃n pro/
duxit for. ⁊ oẽ quãtũ ẽ totum qd̕ ip̃e fecit in
mundo.

Sed forte cõtra id arguit̕. quia
isto dato ꝯcedendum
eẽt ꝙ tota a. mã eẽt minor a. mã. q: q̃libꝫ ꝑs
a materie est minor. a. mã. ꝯñs tñ est falsum
q: illa propositio tota. a. mã est minor. a. mã
est affirmatiua significãs iuxta cõpositioneꝫ
suoꝝ terminoꝝ cuius predicatũ non verifica
tur de subõ. idõ sequit̕ ꝙ ip̃a est falsa. pꝫ ꝯña
cũ añte. q: hoc p̃dicatũ minor a materia non
verificat̕ de hoc subiecto a materia. q: tunc
idẽ eẽt seip̃o minus. ❡ Itẽ ex quo ista ẽ affir
matiua significãs iuxta cõpositionẽ suoꝝ ter
minoꝝ. ⁊ est vera ꝑ remissionẽ hñs subꝫ ⁊ pre

dicatum distincta. ergo predicatum ⁊ subiectum supponūt ꝓ eodeꝫ. ↄñā patet. ⁊ ↄñs ē falsuꝫ. igiť ⁊ añs. ⁊ nō nisi ꝑ vltima parte illa. s. qꝺ hec est vera. igiť ⁊c. ¶ Item seqtur cū aliis veris ꝙ totuꝫ hoc quadratū est minus a quadrato demonstrato certo quadrato. q: quelibet pars istius quadrati est minor isto quadrato ↄsequens tñ est falsum. q: illa ꝓpō. totū hoc quadratuꝫ est minus hoc quadrato significat ꝙ totū hoc quadratuꝫ est minus quadratū q̄ꝫ hoc quadratū sumendo ly minus adiectiue ad suuꝫ substātiuum. s. quadratuꝫ. sicut illa homo est albus significat ꝙ homo est homo albus. pꝫ totum ex grāmatica. sed hec scđa est falsa. vt pꝫ. igiť ⁊ illa prima est falsa. ¶ Item isto dato seqtur. ꝙ illa ē falsa. totū qꝺ est in mūdo esse in oculo tuo. q: ipsa significat vt dicit positio ꝙ quelibet pars alicuius qꝺ ē i mūdo est in oculo tuo. ↄñs tñ est falsum. q: in ista. totū ꝙ est in mundo ē in oculo tuo. ly ꝙ relatiue referť ad ly totū. qꝺ esse nō pōt nisi ly totū sumať substātiue ⁊ cathegorematice. igiť illa significat ꝙ aliquod totū qꝺ est in mūdo est in oculo tuo qꝺ ē verum. q: aliqua pars oculi tui est vnū totū ꝙ est in mundo.

Sed ad horum primū diciť forte negādo ↄsequentiam cū infertur ꝙ tota a. materia est minor a. materia. q: illa propositio significat ꝙ tota. a. materia est minor a. materia ipsamet. a. materia. sicut ista. totus sor. est minor sor. significat ꝙ totus sor. est minor sor. ipso sor. ⁊ sicut illa totū aīal est minus aīali. significat ꝙ totū aīal est minꝰ aīal aīali ꝑ. n. adiectiua adiacent suis substātiuis positis i orōne ⁊ nō subintellectis. vñ illa monachus est albus nō significat ꝙ monachus est homo albus. sicut ista hō est albus. nō significat ꝙ hō est albus canis vel bos vel hmōi Sed hec responsio lꝫ in se vera sit adhuc videť stare argumētū. q: capiatur hec ꝓpsitio tota a materia est pars. a. materie que est vera. vt seqtur ex pōne. cuius predicatū nō verificať de subiecto. ¶ Ideo ad illud diciť cōcedendo istam conclusionem. ꝙ illa est ꝓpō vera significans iuxta compositionē suorum terminoꝝ ⁊ predicatū non verificať de subiecto. Et per hoc diciť ad aliūd negando istaꝫ ↄsequentiaꝫ. illa est propositio affirmatiua ⁊ vera significans iuxta compositionem suorū terminoꝝ. igiť subiectum ⁊ predicatū pro eodem supponūt neqꝫ neqꝫ ex hoc seqtur ipsa sit falsa. ¶ Ad aliam formam pꝫ etiaꝫ ꝑ iam dicta ꝙ illa est falsa totum. a quadratum est minus a quadrato. sed hec est vera ꝙ totuꝫ a. quadratū est minor pars a quadrato.

¶ Ad aliud diciť concednēdo illud totū qꝺ est in mūdo est in oculo tuo. eo ꝙ ly qꝺ determinat ⁊ ↄtrahit ly totū ad standum cathegorematice. Sed adhuc forte ↄtra positionē arguiť. q: illa data posito ꝙ illa totus sor. est minor sor. sit sic significando seqtur ꝙ ipsa est vniuersalis consequens falsuꝫ. q: tunc aliqua posset signari eius indefinita vel singularis. ↄñs est falsuꝫ. ¶ Item seqtur ꝙ illa sit congrua ⁊ perfecta totus est in mūdo. q: ille terminus totus valet tantū quātuꝫ quelibet ꝑs igitur valet illa consequentia. quelibet pars ē in mūdo. igitur totus est in mūdo. ↄñs falsuꝫ q: illud qꝺ poniť pro consequente nō est congruū ⁊ perfectum. igitur ⁊c. Sed ꝓ primo dicitur concedendo ꝙ aliqua est vniuersalis que non est apta nata habere indefinitam vel singularem sic significando. ¶ Et pro secundo diciť ꝙ iste terminus totus sit cathegorematice ⁊ per se sumptus nulli complexo equalet. sed tñ iste terminus cum substantiuo sibi coniuncto equalet vni complexo. sicut hoc complexum totus sor. equiualet huic. q̄libet pars sor. Sed contra forte arguiť. q: hoc complexum significat ex compositione suaꝝ partium. sed nulla pars significans istius cōplexi significat oblique. igitur illud complexum totus sor. significat solum recte ⁊ nō oblique. ⁊ per consequens non significat tantuꝫ quantuꝫ hoc complexū quelibet pars sor. eo ꝙ id complexū quelibet ꝑs sor. significat recte ⁊ oblique eo ꝙ aliqua pars eius ē recta ⁊ aliqua obliqua. alterius autem. s. huius complexi totus sor. nulla pars est obliqua. igitur ⁊c. Huic dicitur ꝙ illud complexum totus sor. non significat penitus iuxta compositionē suoꝝ terminorum.

Sed adhuc arguitur ꝙ illuꝫ cōplexum totus non valet tantum quantum hoc complexum quelibet pars. q: tunc sequeretur ꝙ ista complexa equiualerent totus homo. ⁊ quelibꝫ pars

hō ꝯñs falsum. ⁊ ꝓbatur ꝯña.q: ly totū valet tm̄ quantū hoc cōplexū q̄libet ꝑs ⁊ ex additione istius termini hō nō variat̄ illius cōplexi nec etiam illius termini hō significatio. igit̄ totū hoc cōplexū totus hō.valꝫ tm̄ quā tū hoc cōplexū q̄libet ꝑs hō. Et tūc ista ꝓpositio totus hō currit.valet tm̄ q̄tū hec.q̄libꝫ ꝑs hō.vel existens hō currit. ¶ Itē nulla ꝑs istius cōplexi totus hō significat hoīeꝫ oblīq̄ ⁊ illud cōplexū significat ex cōpositione suaꝝ partiū.igit̄ hoc cōplexū totus hō nō significat tm̄ q̄tū hoc cōplexū q̄lꝫ ꝑs hominis.

Ideo dicitur aliter in hac materia ꝙ iste terminus totus cathegorematice sumptus valet tm̄ quantū hoc cōplexū ſm oēs partes collectiue sumptas.sic intelligendo sor.est totus albus.i.sor.ſm oēs ꝑtes suas collectiue sumptas est albus.qđ possibile est.sed ista totus sor.est albus sincathegorematice sūmēdo ly totus significat ꝙ sor.ſm oēs suas ꝑtes diuisiue ⁊ ſm q̄libet partē suā est albus qđ nō est possibile. Ex q̄bus seq̄t̄ ꝙ ista esset īpossibilis tota a linea ē minor a linea. ⁊ tota a materia ē minor a materia. ⁊ silr̄ ista est falsa. ⁊ ꝯsilēs tota a linea est ꝑs a linee.q: ista significat ꝙ a linea est ꝑs a linee ſm se ⁊ q̄libet eius partē. Et ex illa rn̄sione nō sequūtur illa inconuenientia.s.ꝙ aliq̄ est propositio vera ⁊ affirmatiua significans ex cōpositione terminoꝝ habens subiectū ⁊ predicatū expresse cuius predicatū nō verificatur de subiecto .neq; sequit̄ ſm incōueniens illatū cōtra aliā rn̄sionē.s.ꝙ aliq̄ est propositio affirmatiua significans ex cōpositione terminoꝝ habēs subiectū ⁊ p̄dicatum expresse cuius subiectū nō supponit ꝓ illo ꝓ quo supponit predicatū.nec sequit̄ ꝙ ista sit ꝑfecta totus currit. ⁊ sic de alijs. Ex quo seq̄tur tales ꝯn̄tias valere tu vides sor.igitur tu vides totū sor.tu tangis sor.ergo tu tangis totum sor.tu comedis panem igitur tu comedis totum panem ⁊c̄.

¶ De expositione illius termini eternaliter.ab eterno ⁊ semꝑ.

Iste terminus eternaliter sic exponit̄.a.eternaliter fuit.a.fuit. ⁊ nō incepit esse neq; desinit eē.igit̄.a.eternaliter fuit. Sꝫ ista ꝑpetuo.a.erit exponit̄ sic.a.erit. ⁊ nō incipit eē.neq; desinet eē.igitur ꝑpetuo.a.erit. Sed ista semꝑ.a.fuit.sic exponit̄.a.fuit ⁊ nūq̄ fuit.qn̄ tunc.a.fuit.igitur semꝑ.a.fuit. Et intelligitur ista scđa exponēs.s.nunq̄ fuit qn̄ tūc a.fuit sic nullū fuit tp̄s vel instās.quin in illo a fuit. Ex q̄bus pꝫ.ꝙ ſm veritatē semꝑ celū fuit ⁊ nō eternaliter fuit.q: nullū fuit tp̄s vel instans in quo celū nō fuit. ⁊ tn̄ celū incepit eē.pꝫ etiā ꝙ aliq̄d fuit primū creatū a đo ⁊ tn̄ semꝑ fuit aliqđ creatū a deo. ¶ Itē pꝫ ꝙ aliquid semꝑ erit qđ nō ꝑ maius tp̄s q̄ ꝑ horā erit posito ꝙ desinat esse tempus hinc ad horam.

Sed contra illud arguit̄ ꝓbādo ꝙ celū eternaliter fuit.q: celū fuit ab eterno.igitur eternaliter fuit. ¶ Itē arguit̄ ꝙ celū n̄ semꝑ fuit.q: celū aliqn̄ n̄ fuit.q: nullū celū nūc fuit demōstrando instās p̄ns. ⁊ tunc est vel nunc ē aliqn̄.igit̄ aliqn̄ nullū celū fuit. Silr̄ arguit̄ ꝙ aliqn̄ nihil erit. ⁊ aliqn̄ nihil fuit.q: in instāti qđ est p̄ns nihil erit.neq; aliq̄d fuit ⁊ oē instās qđ ē p̄ns ē vel fuit aliqn̄ .igit̄ aliqn̄ nihil erit. ⁊ aliqn̄ nihil fuit. ¶ Itē ꝓducet̄ cras aīa antixp̄i q̄ ꝑpetuo erit ⁊ incipiet eē.igit̄ aliq̄d perpetuo erit qđ incipiet esse.

Sed ad p̄mū dr̄ negādo ꝯñam istā.ab eterno celū fuit.igit̄ eternalr̄ celū fuit.q: q̄cq̄d fuit ꝓductū a deo fuit ꝓductuꝫ ab eterno.q: a re eterna. ⁊ t̄n oē qđ fuit ꝓductū vnq̄ ab eterno fuit ꝓductū.q: ly eterno qn̄ noīalr̄ stat nō est terminus exponibilis. ⁊ iō ista i eternū tu fuisti significat ꝙ i rē eternā tu fuisti.sed ly eterno ⁊ eternū aduerbialiter sumpta ꝯuertunt̄ cū ly eternalr̄. ¶ Ad aliud cū arguit̄ ꝙ nō semꝑ celū fuit. ⁊ ꝙ aliqn̄ nihil fuit.q: in hoc istāti nihil fuit. ⁊ hoc instās est vel fuit aliqn̄.igit̄ aliqn̄ nihil fuit.dr̄ negādo ꝯñaꝫ.sed minor dꝫ sic sumi.hoc istās fuit aliqn̄.si tn̄ terminus supponēs respectu hui⁹ verbi fuit supponeret ꝓ eo ꝙ ē neganda foret ista ꝓpositio.semꝑ deus fuit. Sed adhuc terminis modicū variatis expōne data inferunt̄ silēs ꝯclusiones.q: arguit̄ adhuc forte illo dato ꝙ semꝑ hoc instās ē demōstrādo instās p̄ns. ⁊ q̄cq̄d ē in hoc istāti semꝑ ē.quia hoc instās ē in instāti p̄nti. ⁊ i tp̄e p̄nti. ⁊ nullū est tp̄s vel instās in quo nō sit hoc instans

lõ rc. Et silr arguit alia cõclusio. Et iõ 9cedit vtrũq3 9ñs. dato q nullũ sit tps nisi cui9 hoc instãs est instãs intrinsecũ. ¶ Ad aliud dr q ista aia ppetuo erit. postq3 inceperit eẽ ex quo nõ sequitur q ipsa perpetuo erit aut continuo erit.

¶ De expositione illius termini differt aliud. r d ly nõ idẽ r d terminis positiuis.

Resupponatur

p in hac materia q nulla est 9uenientia silitudo vel eqlitas inter aliqua nisi qõlibet illoꝝ sit cũ3 alio. Et 9silr de preterito nihil fuit sile alicui aut ei 9ssimile nisi vnũ fuerit cũ alio. sic etiã de futuro dicat. Ex quibus p3 tales 9ñas non valere. soꝝ. fuit talis q̃lis fuit plato. igitur soꝝ. fuit similis platoni. sed bñ ecõtra sequit. soꝝ. fuit similis platoni. igit soꝝ. fuit talis q̃lis fuit plato. sic etiã nõ sequit. soꝝ. fuit tantus quantus fuit plato. posito q vterq3 fuerit pedalis igit soꝝ. fuit eq̃lis platoni. Silr nõ sequit. tu eris r soꝝ. erit r tu nõ eris soꝝ. igit tu differs a soꝝ. q2 posito q soꝝ. nõ erit tecum. esset añs veꝝ. r 9ñs falsum. ¶ Presupponat vltra q pñt sine cõtradictiõe esse aliq̃ differentia licet nullũ tps sit vel instans aut etiã mensura extrinseca. p3 hoc. q2 nullo tpe existente adhuc differt deus ab angelo secũ existente r sic de alijs. Ex quo p3 illã 9ñam nõ valere soꝝ. differt a platone. igitur soꝝ. erit qñ plato erit. q2 posito q nullũ tps esset sicut põt prima causa facere esset antecedens veꝝ in casu. r 9ñs falsum. p3 etiam istã 9ñam nõ valere. tu eris r aliquis asinus erit tecũ. r tu nõ eris asinus. igit tu differs ab asino. q2 in consequente ly asino supponit distributiue pro omni asino q vnq3 erit. Ideo dr q ista tu differes ab asino sic exponenda est. tu eris. r oĩs asinus q erit erit tecũ. r tu nõ eris asinus. igitur tu differs ab asino. Sed ly aliud exponit sic. tu es aliud a platone. tu es aliqd r plato est aliquid tecũ r tu nõ es illud qd est plato. igitur tu es aliud a platone. Ex quo p3 istã 9ñam nõ valẽ a. differt a soꝝ. igitur. a. est aliud a soꝝ. p3. posito q a. sit nomen singulare alicuius aggregati qd nõ sit aliquid.

Sed forte contra istũ modu3 exponẽdi arguitur. q2 si sequitur. soꝝ. differt ab. a. igitur omne qd erit a. erit cũ soꝝ. r soꝝ. non erit. a. q2 posito q. a. rit aggregatum qd nõ erit aliqd. r erit soꝝ. cum illo aggregato est antecedens verum. r consequens falsum. ¶ Itẽ superflue ponitur soꝝ. erit. q2 sufficiunt iste due oĩs asinus qui erit asinus. erit cum soꝝ. r soꝝ. nõ erit asinus. igitur soꝝ. differt ab asino. ille enim due includunt tertiam. s. soꝝ. erit. igitur ista tertia superflue ponitur. ¶ Item nõ sequit. tu differes ab asino. igitur omnis asinus qui erit. erit tecum. r tu non eris asinus. q2 antecedens est verum. r consequens falsum. q antecedens sit verum. arguitur q2 alquando tu differes ab asino. igit differes ab asino. r antecedens arguitur. q2 demonstrato. a. instanti. in quo tu eris cum aliquo asino. patet q tunc differes ab asino. r tunc erit aliqñ. igitur aliquando differes ab asino. r q tunc differes ab asino demonstrato. a. instanti patet. q2 nõ plus significat nisi q tu differes ab asino. qui erit ĩ a. instanti. sicut ista in. a. instanti tu eris aliqd album. significat q tu eris aliquid qd erit album in. a. instanti. r non simpliciter significat q eris aliquod album qd erit. q2 tunc staret q in. a. instanti. tu eris aliquod album r q pro tunc tu eris aliquod nigrum. Similiter ista in. a. instanti. tu fuisti homo. significat q in. a. instanti tu fuisti homo qui fuit ĩ. a instanti. r ista in. a. instanti. tu eris omnis homo. significat q in. a. instanti tu eris omnis homo qui erit tunc. quia determinatiões aduerbiales referuntur ad verba. ¶ Item nõ sequitur tu es aliquid r omnis qui est aliqs asinus. est aliquid tecum. r tu non es ille qui est asinus. igitur tu es alius ab asino. q2 consequens est impossibile. quia sequitur tu es alius ab asino. igitur tu es alius asinus ab asino. vel tu es alius homo ab asino. vel tu es alius tu quoꝝum duo prima sunt falsa. neq3 tertium est bene dictum sicut. neq3 illud soꝝ. est alius soꝝ. ab asino. ¶ Item non sequitur soꝝ. est aliud a chymera. igitur omnis chymera est cum soꝝ. r soꝝ. nõ est chymera. quia cõsequens istius consequentie est falsum. r antecedens verum. qd arguitur sic. q2 soꝝ. est non idem chymere. igitur soꝝ. est aliud a chymera. tenet consequentia. a conuertibili ad cõuertibile. r arguitur antecedens. q2 soꝝ. nec

est idem chymere ⁊ sor.est.ergo sor.est non idem chymere.patet consequentia.a negatiua de predicato finito ad affirmatiuã de predicato infinito cum debita constantia.¶ Sꝫ forte dicitur ad illud negando istam consequentiam.tu es non idem chymere.ergo tu es aliud a chymera.Sed contra.arguitur.ꝙ antecedens sit impossibile .quia sequitur sor.est.non idem chymere.ergo chymere.sor.ē non idem.ex quo sequitur vltra ꝙ chymera est. ⁊ iste consequentie sic probantur.qꝛ bene sequitur.tu es non videns chymeram.igitur tu non vides chymerã.tenendo ly nō vtrobiqꝫ infinite.⁊ sequitur.tu non vides chymeram.ergo chymera non videtur a te.tenendo ly non vtrobiqꝫ infinite.tenet consequentia ab actiua ad passiuam.⁊ consequens est falsum.qꝛ sequitur chymera non videtur a te.ergo chymera est non visa a te.patet consequentia.quia antecedens est propositio affirmatiua in qua ly non videtur est verbũ infinitum affirmatiuum passiuum istius verbi non video non vides non videt.igitur a pmo ad vltimum.si tu es non videns chymeram chymera estnon visa a te.ex quo sequitur ꝙ chymera est. ¶ Item non sequitur. es ⁊ omnis homo est tecum.⁊ tu nō es omnis homo igitur a te differt omnis homo.in quia sequitur.a te differt omnis homo.igitur a te est differens omnis homo.consequētia patet.⁊ consequens est falsũ.qꝛ sequitur a te est differens omnis homo.sed qd̄libet a te differens est aliquid.igitur aliquid ē omnis homo.consequens est falsum ⁊c̄.Itē nō sequitur.sor.differt ab omni homine.igitur omnis homo q erit.hō erit cũ sor.⁊ sor.nō erit omnis homo.¶ Item dato isto modo exponendi sequitur qd̄ sor.est aliud q̃ plato ⁊ nihil aliud q̃ plato.consequens est falsum ⁊ arguitur consequentiia.qꝛ sor.est aliquid ⁊ plato.⁊ nihil aliud q̃ plato est aliquid cum sor.⁊ sor.non est plato.⁊ nihil aliud q̃ plato igitur sor.est aliud quam plato.⁊ nihil aliud q̃ plato.⁊ arguitur minor.s.ꝙ plato ⁊ nihil aliud q̃ plato est aliquid cum sor.qꝛ plato est cum sor .vt pono.ponatur enim sic.⁊ pla.ē pla.⁊ nihil aliud q̃ pla.igit̄ pla.⁊ nihil aliũ q̃ pla.est cũ sor.⁊ ꝙ illud consequens sit falsum arguitur.qꝛ si illud eēt verum maxime esset.qꝛ pla.est pla.⁊ nihil aliud q̃ pla.sed arguit̄ ꝙ nō.qꝛ pla.est pla.⁊ aliquid aliud q̃ pla.igitur pla.nō est pla.⁊ nihil aliud q̃ pla. pꝫ ꝯña ⁊ arguit̄ añs.qꝛ pla.est.a.b.c.⁊.a.b c.sunt pla.⁊ aliquid aliud q̃ pla.igit̄ pla.est pla.⁊ aliquid aliud q̃ pla.pꝫ ꝯña ⁊ añs posito ꝙ.a.b.sint due medietates que sunt pla. ⁊.c.sit caput platonis.tunc pꝫ ꝙ pla.est.a.b. c.⁊.a.b.c.sunt pla.⁊ aliquid aliud q̃ pla.qꝛ ista tria sunt pla.⁊ caput platonis sicut concedendũ est ꝙ tria indiuisibilia sunt tria.⁊ duo indiuisibila.¶ Itē dato isto modo exponendi concedendum esset ꝙ sor.esset aliud q̃ homo ⁊ aliũ q̃ risibile.⁊ ꝙ sor.differret a sor. ⁊ ab alio a sor.⁊ ꝙ sor.differret a se ⁊ ab alio a se.consequentia arguitur.qꝛ sor.ē.⁊ homo ⁊ aliud q̃ risibile est.⁊ sor.si est homo ⁊ aliud q̃ risibile.igitur sor.est aliud q̃ homo.⁊ aliud q̃ risibile.patet consequentia.⁊ minor probatur.qꝛ si sor.est homo ⁊ aliud q̃ risibile sor.est homo.⁊ aliud q̃ ipsemet.Ideo sorte dicitur cocedendo quãlibet istarũ.¶ Sꝫ contra.qꝛ si sor.est homo ⁊ aliud q̃ risibile igitur sor.non est aliud q̃ homo ⁊ aliud q̃ risibile patet consequentia.⁊ probatur antecedens.qꝛ sor.est homo.⁊ aliqua pars sua. qd̄ probatur vt prius.qꝛ sor.est ista tria.s.a. b.c.qꝛ est prima medietas sui ⁊ secunda ⁊ caput suum.igitur ⁊c̄.¶ Ad primum igitur dicitur negando istam consequentiam tu differes ab.a.igitur omne qd̄ erit.a.erit tecum ⁊ tu non eris.a.nec iste sunt exponentes isti⁹ sed sequitur tu differes ab.a.igitur omne qd̄ erit.a.vel omnia q̄ erunt.a.erunt tecũ.⁊ tu non eris.a.vnde aduertendum est in expositione talium propositionum vtrum isti termini sint collectiui vel non collectiui cōes vt distincti ⁊ ſm istoꝝ exigentiã sumēda est exponēs exposite cōueniens.¶ Ad scd̄m dr̄ ꝙ probat veꝝ.qꝛ copulatiua ex duab⁹ cathegoricis debite sumptis cōposita sufficienter exponit ꝓpositionē exponibilē rōne alicui⁹ istorũ terminoꝝ.differt ⁊ aliud.Ad punctũ alterius rationis dicitur negando istam consequentiam.aliqñ tu differes ab asino.igitur tu differes ab asino.qꝛ consequēs est falsũ ⁊ antecedens est veꝝ.eo ꝙ in.a.instanti.tu differs ab asino quia sicut probatum est ista nō plus significat nisi ꝙ tu differs ab asino.

quī erit in.a.instanti.sicut ista.in.a.instāti.tu eris aliquod album.significat ꝙ tu eris aliquod album qꝺ erit in.a.instanti.qꝛ determinatio verbi siue ponatur ante siue post idē facit.qꝛ aduerbium semꝑ determinat verbū vel eius ꝑticipium.⁊ ideo quo ad veritatem vel falsitatem nō refert dicere.tu eris oīs homo tunc.⁊ tunc tu eris oīs homo.qꝛ ly tunc nō determinat nisi verbum.cū ibi nō sit aliqꝺ ꝑticipium. ¶Sed contra illud forte arguitur ꝓbando ꝙ hec est falsa in.a.instāti tu eris oīs homo. posito qꝺ in.a. instanti nullus erit homo preter te ⁊ post erūt multi homines.tūc arguiť sic.si ī.a.instāti.tu eris oīs homo.⁊ antixp̄s erit homo.igitur in.a.instāti tu eris antixp̄s.tenet ꝯña a superiori distributo ꝓ omni hoīe qui vnq̄ȝ erit. Item sequitur ꝙ hic tu es oīs homo.demonstrādo locum per ly hic in quo tū es ⁊ nō alter homo a te.qꝛ tu es oīs homo hic.igiť hic tu es oīs homo.tenet ꝯña.ex respōsione. qꝛ nō refert preponere ⁊ postponere aduerbiū ⁊ ꝓbatur antecedens.qꝛ tu es homo. hic ⁊ nihil est homo hic quin tu sis illud.igitur ⁊c. Item seqť ꝙ aliquo modo tm̄ tu es hō.⁊ aliquo modo preter te nihil est homo. qꝛ aliquo modo tu es oīs homo.qꝛ illo modo tu es oīs hō. demonstrando modum ꝑ quem tu es homo. ⁊ quo nihil aliud a te homo. quia tu es oīs homo isto modo.igitur isto modo tu es oīs homo.tenet ꝯña.vt p̄us.ergo aliquo modo tu es oīs homo.ꝯña patet.ab inferiori ad suum superius.ꝙ tamen ꝯn̄s sit falsum arguiť qꝛ sequitur aliquo modo.tu es oīs homo.igitur tu es oīs homo aliquo modo ꝯn̄s falsuȝ. qꝛ sequitur tu es oīs homo.aliquo modo.igitur tu es homo.aliquo modo ⁊ nihil est hō aliquo modo.quin tu sis illud consequens ē falsuȝ.⁊ consequentia tenet.qꝛ sic habȝ ista ꝓbari a primo termino mediato. ¶Item non oīs homo es tu.igiť nullo modo oīs homo es tu.igitur tu nullo modo es omnis homo. ¶Pro istis est aduertendum ꝙ cū nullum sit verbū singulare frequēter addimus terminationem aduerbialē verbo.vt vis istius verbi cū determinatione istius aduerbii transeat ⁊ supponere faciat terminuȝ pro paucioribus suppositis.qꝺ potest contingere presertim a ꝑte predicati.⁊ causa est. qꝛ determinatio aduerbialis cū resoluiť ī nomē si resolui pōt semper se tenet a parte predicati.ideo restrictio quo ad suppositionem fit ex parte predicati ⁊ nō ex parte subiecti. verbi gratia oīs homo erit aliqꝺ albū tūc demonstrādo ꝑ ly tunc vnuȝ instans futurū in illa ly albuȝ supponit solum ꝓ albo qꝺ erit in.a.instāti. ⁊ significat ista ꝓpositio.ꝙ oīs homo erit tūc aliquid qꝺ erit albuȝ tunc.s.in.a.instāti. restringit.n.aduerbiū ex parte p̄dicati. qꝛ illud aduerbium resoluiť in ꝑtem rōaleȝ q̄ tȝ se ex ꝑte p̄dicati verbi grā.oīs homo erit tūc aliqꝺ albū.i.oīs hō ī illo istāti erit aliqꝺ albū dmōstrando.a.instans.⁊ pȝ ꝙ ista pars in isto instanti tenet se a parte predicati. Ulterius nota ꝙ si aliqua determinatio aduerbialis determinet verbū exposite debet alia cōsimilis determinare verbū exponentis. Et per hoc diciť ad argumentum ꝯcedendo ꝙ hic tu es oīs homo.qꝛ tu hic es homo. ⁊ nihil est hic homo.quin sis illud.igiť hic tu es oīs homo per hoc etiā cōceditur ꝙ aliquo modo tu es oīs homo.⁊ negať ꝙ tu es oīs homo aliquo modo ꝑꝑ diuersos modos ꝓbandi istas ꝓpositiōes.⁊ ita ꝯceditur ꝙ aliquo modo tm̄ tu es homo.⁊ aliquo modo nihil preter te ē homo.sed negatur ꝙ tm̄ tu es homo aliquo modo.⁊ nihil preter te est homo aliquo mō ¶Per hoc etiā dicitur ad tertiuȝ negando istam ꝯñam.nō tu es oīs homo.igitur nullo modo tu es oīs homo.sicut nō sequiť.nō tu es oīs homo.igiť nullibi tu es oīs hō. Et ꝑ hoc ēt negať illa ꝯña.in.a.instanti tu eris oīs homo.⁊ antixp̄s erit homo.igiť in.a. instanti tu eris antixp̄s. ⁊ ad ꝓbationem qn̄ diciť in antecedente ly hoīe distribuiť ꝓ omni homine q erit.vnq̄ȝ.negať illud. sed distribuiť solū pro omni hoīe q erit in.a.instanti. ¶Pro alio diciť ꝙ ista est impossibilis.homo est alius ab asino.⁊ cā est.qꝛ semꝑ adiectiuuȝ positum ex parte predicati sine substantiuo adiacet substātiuo posito a parte subiecti. Unde est sensus istius.homo est alius ab asino. ꝙ homo est alius homo ab asino.⁊ ista sor. est alius ab asino.significat ꝙ sor.ē alius sor. ab asino ⁊ ideo ista exponitur sic oīs asinus q ē cū sor.ē sor.⁊ sor.nō est iste sor.qui est asinus igitur sor.est alius ab asino. Est igitur concedendum ꝙ sor.est aliud ab asino.sed sor.nō

est aliūs ab asino. ¶ Et si forte arguit̃. ꝙ ho
mo est alius ab asino. q: sor. ē aliud ab asino
⁊ sor. est homo. igitur homo est alius ab asi/
no. dicit̃ negando ꝯñam. sed dz sic conclu/
di maior extremitas de minori. igitur homo
est aliud ab asino. Et sic patet tales sophisti/
cationes inutiles eẽ. iste monachus est albus.
sed nõ est albus monachus. iste nasus ē tuus
sed nõ est tuꝰ nasus. demõstrãdo nasum bo
nis tui. neqz valz hoc argumẽtũ. iste hõ ē al/
bus. ⁊ iste homo ē monachus. igitur iste mo
nachꝰ est albus. demonstrãdo monachuz ni
grũ. sed solũ sequit̃. ꝙ iste monachꝰ est albꝰ
hõ. ¶ Ad aliud dicit̃ negãdo añs istius ꝯñe
sor. ē nõ idem chymere. igitur sor. est aliud a
chymera. ⁊ negat̃ ista ꝯña sor. nõ est idẽ chy
mere. ⁊ sor. est. igit̃ sor. est nõ idẽ chymere.
nec ibi arguit̃ ꝑ regulam allegatã. q: predi/
catũ cõsequentis nõ est ĩfinituz. sed solũ eius
ꝑs. ⁊ est ista ꝓpõ falsa sor. est nõ idẽ chyme
re. q: ly chymere ꝓ nullo supponit. mõ gene
raliter ois ꝓpõ significans iuxta cõpositionẽ
suoꝝ terminoꝝ cuius nulla copl'a ē negatiua
ĩn qua ē aliqs terminꝰ cathegorematicꝰ non
supponẽs est falsa. ⁊ iõ nulla illarũ ē vera. tu
es nõ idẽ chymere. ⁊ tu chymere es nõ idez
sicut neqz illa est vera. tu es nõ vidẽs chyme
rã. ⁊ ly nõ idem nõ est terminus exponibilis
sicut neqz iste terminus nõ videns. ⁊ sicut ꝓ
bat argumentũ ista est impossibilis. tu es nõ
videns chymerã. sicut etiã ista. tu es nõ idez
chymere. ¶ Ad aliud negatur ista ꝯña. tu es
⁊ ois homo est tecũ. ⁊ tu nõ es ois homo.
igit̃ a te differt ois homo. sed debet sic expo
ni tu es ⁊ ois hõ ē tecuz. ⁊ nihil qđ est homo
tecũ est tu. igitur a te differt ois homo. sed ta
men conceditur ꝙ a sorte differt quilibet asi
nus. q: quilibet asinus est cũ sor. ⁊ sor. nõ est
asinꝰ. igit̃ a sor. differt qlibet asinus. Et si sor
te arguit̃ ꝙ nõ. q: si a sorte dr̃t qlibz asinus.
igitur a sor. est differens qlibet asinus. sz qđ
libet a sor. differens est aliquid. igitur aliquid
est quilibet asinus. Dicitur negando ꝯsequẽ
tiam primã sicut nõ sequitur. incipit instas ꝙ
nõ est esse. igitur est incipiẽs instans qđ non
est esse. ¶ Sed contra per idem non valeret
hoc argumentũ. hic currit ois homo. igitur
hic est currens ois homo. consequens est fal
sum. s. ꝙ ista consequentia nõ valeat. q: pro
batio debet fieri a primo termino ꝓbabili. sz
ly currit. est primus terminus probabilis ⁊
solum resolubilis. ¶ Ad istud dicitur qđ ista
est falsa. hic currit ois homo. posito ꝙ om/
nis homo currat hic. q: primus terminus ꝓ
babilis est ly currrit. qui est resolubilis ⁊ nõ
exponibilis. Sed ista a te differt ois asinus.
habet duas causas veritatis. q: primus ter/
minus. in ea mediatus est resolubilis ⁊ expo
nibilis. ideo ista significat disiunctiue. sic a te
differt quilibet asinus. idest a te differens est
quilibet asinus resoluẽdo vel exponendo sic.
omnis qui est asinus est tecũ. ⁊ nullus asinus
es tu. igitur a te differt quilibet asinus. ⁊ hoc
est verum ⁊ ideo illa est vera. a te differt qui
libet asinus. Sed ista a te differt omnis ho/
mo non verificatur neqz exponendo neqz re
soluendo. nec in ista. hic currit omnis homo
verificatur ly currit resoluendo. ideo ⁊c.
¶ Ad aliud dicitur ꝙ ista. sor. differt a quoli
bet homine. sic exponitur aliquis erit homo
cum sor. qui nõ erit sor. ⁊ sor. nõ erit quilibet
homo. igitur sor. differet a quolibet homine
Similiter a sor. differt homo. sic exponitur.
homo est cum sor. ⁊ sor. homo non est igitur
a sor. differt homo. Et si forte arguitur ꝙ nõ
q: iste exponentes sunt vere. ⁊ tñ ista exposi
ta est falsa a sor. differt homo. quia sequit̃ a
sor. differt hõ. igit̃ sorti est nõ idẽ hõ. ⁊ seqt̃
sorti est non idem hõ. igit̃ sor. nõ ē idẽ hõ cõ
sequens est falsum. ⁊ antecedens verum. po
sito ꝙ sor. sit cuz multis hominibus. ⁊ tenet
consequentia ab affirmatiua de predicato in/
finito ad negatiuam de predicato finito.
¶ Itez arguitur ꝙ ista sit falsa. sor. homo nõ
est. quia sequitur sor. homo non est. igit̃ sor.
homo non est existens. ex quo vlterius sequi
tur ꝙ sor. homo non est hoc existens. demõ
strando sor. consequens est falsum. ⁊ conse/
quentia patet a superiori distributo ad suum
inferius. ¶ Item si sor. homo non est pari ra
tione est concedendum ꝙ sor. homo non cur
rit. posito ꝙ sor. currat existẽte aliquo homi
ne alio ab eo qui non currat. consequens est
falsuz. quia sor. homo currit. Sed ad primũ
istorum dicitur ꝯcedendo ꝙ a sor. differt ho
mo. ⁊ ꝙ sorti est non idez homo. quia ly ho
mo stat determinate. ⁊ non infinitatur nisi ly
idem vt est ostensum supra. ⁊ negatur ista cõ

ſequentia. ſorti eſt non idez homo. igitur ſorti non eſt idem homo. nec ibi arguitur per regulā. q2 nō eſt ibi p̄dicatuʒ infinitatū. ſed ſolū ꝑs predicati. q2 ſubiectuʒ eſt ly hō ⁊ ly ſor. tʒ ſe ex ꝑte predicati. ❡ Ad aliā vero formā dr̄ cōcedēdo totū. ſ. ꝙ ſor. hō nō ſit exiſtens. ⁊ ꝙ ſor. hō nō eſt hoc exn̄s dn̄ōſtrādo ſor. q2 ꝯtradictoriuʒ eſt falſum. ſ. ſor. oīs hō eſt hoc exiſtens. ❡ Et ꝑ hoc etiā ꝯceditur ꝙ ſor. homo nō currit. poſito ꝙ ſit aliquis homo non currens. q2 ſicut iſta eſt ꝯgrua ⁊ vera ſor. hō currit appoſitiue. ita etiaʒ iſta eſt vera. ſor hō nō currit. tenēdo ly homo a parte p̄dicat. q2 ſua ꝯtradictoria eſt falſa. ſ. ſor. oīs homo currit. q2 ſignificat ꝙ ſor. currit exiſtens homo.

